 templi dñi absq; mallei sonitu ponerent. quia uidelicet  
 nūc foras p flagella tundimur. ut intus in templum  
 dei post modū sine discipline percussione disponamur.  
 quatenus quicqd in nobis est supfluum modo percus-  
 sione reseret. et tūc sola nos in edificacione concordia  
 caritatis liget. **A**mmoneudi sunt egrī ut considerēt.  
 qm dura p picipiendis terrenis hereditatib; carnales fi-  
 lios discipline flagella castigant. **Q**ue ergo nobis diui-  
 ne cōrectionis pena grauis est. p qm et nūqm amitten-  
 da hereditas pāpitur. et semp māliua supplicia uitant.  
**H**inc et enī paulus ait. **P**atres quidem carnis nrē ha-  
 buim' eruditores et reuerēbam' eos. nonne multo ma-  
 gis obtemperabimus patri spiritui et uiuem'. et illi  
 quidem in tempe paucoꝝ dierū scdm uoluntatē suam  
 erudiebant nos. **H**ic aut ad id qd utile est in recipien-  
 do sctificacionē eius. **A**mmoneudi sunt egrī ut consi-

3





derent quanta salus cordis sit molestia corporalis. que  
ad cognitionem sui mentem reuocat. et quoniam plerumque salus  
abiecit. in firmitas ad memoriam reformat. ut a-  
nimus quod extra se in elationem ducitur. cui sit con-  
ditioni subditus ex poussa quoniam sustinet carne memo-  
retur. **Q**uod recte per balaam si tamen uocem dei sub-  
sequi obediendo uoluisset. in ipsa eius itineris retar-  
datione signatur. Balaam namque puenire ad propo-  
situm tendit. sed eius uotum animal cui presedit prepe-  
dit. Prohibitione quippe immorata asina angelum  
uidit. quoniam humana mens non uidit. quia plerumque  
caro per molestias tarda flagello suo menti deum indicat.  
quem mens ipsa carni presidens non uidebat. ita ut  
anxietatem spiritus proficere in hoc mundo cupientis ue-  
lut iter tendentis impedit. donec ei inuisibilem qui  
sibi obuiat in notescat. **U**nde et bene per petrum di-  
citur. Correctionem habuit sue uesanie a subiugali mu-  
to. quod in hominis uoce loquens. prohibuit prophete  
in sapientiam. Insanus quippe homo a subiugali mu-  
to corripitur. quando elata mens humilitatis bonum  
quod tenere debebat. ab afflictata carne memorat. Sed his  
correctionis donum balaam idcirco non obtinuit. quia  
ad maledicendum pergens uocem non mentem mutauit.  
**A**mmonendi sunt egri ut considerent quanta sit mu-  
neris. molestia corporalis. que et ad missa peccata dilu-



it. et admitti ea que poterant copesat. que sumpta ab  
 exterioribus plagis concusse menti penitencie uulnera i fli  
 git. Vnde scriptum est. **L**iuor uulneris abstergit mala. et  
 plage in secretioribus uentris. **M**ala enim liuor uulneris ab  
 stergit. quia Flagelloz dolor uel cogitatas uel ppenatas  
 nequicias diluit. Solet uero uentris appellatione mens  
 accipi. quia sicut uenter consumit escas. ita mens p tracta  
 do excoquid curas. Quia enim mens uenter dicitur. ea sen  
 tencia docetur qua scriptum est. **L**ucerna dñi spūculum  
 hominis. que in uestigat omnia secreta uentris. Ac si dice  
 ret. **D**iuini Flatus illuminatio cum i mentem hominis  
 uenerit. eam sibi metipi illuminās ostendit. que ante scī  
 spē ad uentū cogitationes pūas et portare poterat.  
 et pensare nesciebat. **L**iuor ergo uulneris abstergit  
 mala. et plage in secretioribus uentris. quia cū exterius  
 pūm. ad peccatoz nrōz memoriā tantū afflictioz reuo  
 cam. adq̄ ante oculos nrōs nuncta que a nobis sunt ma  
 le gesta reducimus. et p hoc qd̄ foris patimur. magis  
 intus qd̄ fecimus dolemus. Vnde fit ut in ter aperta uul  
 nera corporeis. amplius nos abluat plaga secreta uentris.  
 quia sanat nequicias pūi opis. occultū uuln̄ doloris  
**A**mmonēdi sūt etiam egri quatenus paciencie uirtu  
 tem seruent. ut inter flagella incessanter quanta re  
 demptoz nostrē ab his quos creauit p uulerit mala con  
 siderent. qd̄ tot ob iecta cōuicioz et ob probria sustinu



it. qd de manu antiqui hostis captiuos comedie ani-  
mas rapiens. in sultantiu alapas accepit. Et qd aqua  
saluus nos ab luens. ac peccata nra diluens. a pside  
spuis faciem non abscondit. Quod ad uocatione sua  
nos ab eternis suppliciis liberans. tacitus flagella to-  
lerauit. **E**t consideret qd in ter anglor choros p ennes  
nobis honores tribuens. colaphos ptulit. qd a peccate  
nos punctionibz saluans. spinis caput subponere  
non recusauit. quod eterna nos dulcedine debri-  
ans. in siti sua fellis amaritudine accepit. Quod  
qui pro nobis patrem qmuis diuinitate esset eq-  
lis ad orauit. sub uisione ad oratus tacuit. quod  
uita mortuis pparans. usq; ad mortem ipe uita p-  
uenit. **C**ur itaq; aspum credit. ut adeo homo  
toleret flagella p malis. si tanta deus ab hominibz  
ptulit mala p bonis. **A**uc quis sana intelligen-  
tia de puisione sua in gratias exiit. si ipe hinc  
sine flagello non exiit. qui hic sine peccato uixit.  
**A**lii ammonedi sunt qui flagella metuunt  
et propterea innocenter uiuunt. adq; aliter  
ammonendi sut qui sic iniquitate dur uerut. ut  
neq; p flagella corrigantur. Dicendu namq; est  
flagella timentibz. ut et bona temporalia nequa-  
qm pro magno desiderent. que ad esse etiam pia-  
uis uident. et mala presentia nequaqm uelud



in tolerabilia fugiant. quibus plerumq; hic etiam bo-  
 nos afflicti non ignorant. **A**mmoneendi sunt ut si malis  
 ueraciter carere desiderant. eterna supplicia prorescant.  
 neq; in hoc suppliciorum timore remaneant. sed ad amoris  
 gratiam nutrimento caritatis ex crescant. **S**criptum quippe  
 est. Perfecta caritas foras mittit timorem. Et rursum  
 scriptum est. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in  
 timore. sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo  
 clamamus abba pater. **V**nde idem doctor iterum dicit.  
**U**bi spiritus domini ibi libertas. Si ergo ad huc a praua ac-  
 tione formidata pena prohibet. profecto formidan-  
 tis animi nulla spiritus libertas tenet. nam si penam non  
 metueret. culpam proculdubio propteraret. **I**gno-  
 rat itaque mens gratiam libertatis. quam ligat seruitus  
 timoris. **B**ona enim pro semetipsa amanda sunt. et non penis  
 compellentibus exsequenda. Nam qui propterea bona fa-  
 cit quia tormentorum mala metuit. uult non esse quod me-  
 tuat. ut audacter illicita committat. **V**nde luce clarius  
 constat quod coram deo in nocentia amittit. ante cuius  
 oculos ex desiderio peccat. **S**ed et contra hi quos ab in-  
 iquitantibus nec flagella compescunt. tanto acriori in uenti-  
 one feriendi sunt. quanto maiori insensibilitate durue-  
 runt. **P**lerumque enim isti sine de dignatione de dignandi  
 sunt. sine desperatione desperandi sunt. ita dum taxat  
 ut ostensa desperatio formidinem incutiat. et subiuncta



ammonitio ad spem reducat. **D**istricte itaque co-  
tra illos diuine sententiae profertur. ut ad cog-  
nitionem sui considerata eterna animaduersione reuo-  
centur. Audiant enim in se completum esse quod scriptum  
est. Si contra deum stultum in pila. quasi iupias  
ferente desuper pilo. non auferetur ab eo stultitia  
eius. Contra hos per prophetam domino conuocatur dicente.

**A**triuisti eos. et ~~non~~ renuerunt accipere  
disciplinam. Hinc est quod dominus dicit. Interfeci et peridi  
populum istum. et tamen auiis suis non sunt reuersi.

**H**inc rursus ait. Populus iste non est reuersus  
ad patientem se. Hinc uoce flagellanti propheta conue-  
ritur dicens. Curauimus babilonem. et non est sanata. . .

**B**abilon quippe curat. nec tamen ad sanitatem redu-  
citur. quando mens in praua actione confusa uerba  
correctionis audit. flagella correctionis percipit. et ta-  
men ad recta salutis itinera redire contempnit. Hinc cap-  
tiuum israheliticum populum. nec tamen ab iniquitate  
conuersum dominus exprimat dicens. Versa est michi domus  
israhel in scoriam. omnes isti facti sunt es et stagnum et fer-  
rum et plumbum in medio fornacis. Ac si apte dicat.

**P**urgare eos per ignem tribulationis uolui. et argen-  
tum uel aurum illos fieri quesiui. sed in fornace michi  
in es stagnum ferrum et plumbum uersi sunt. quia non  
ad uirtutem sed ad uicia etiam in tribulatione praeperunt.



**F**eris quippe dum punitur. amplius metallis ceteris som-  
 num reddit. **Q**ui igitur in perturbatione positus erumpit  
 ad somnum murmuracionis. in es uersus est in medio forna-  
 cis. Stagnum uero cum ex arte componit. argenti speciem me-  
 titur. qui uero simulationis uicio non caret in tribula-  
 tione. Stagnum factus est in fornace. Ferro aut utitur. qui  
 uite proximi in sibiatur. Ferrum quippe in fornace est.  
 qui nocendi maliciam non amittit in tribulatione. Plu-  
 bum quoque ceteris metallis est grauius. In fornace ergo  
 plumbum inuenit. quando quis appetenti sue pondere p-  
 mitur. ut etiam in tribulatione positus a terrenis desi-  
 deris non leuatur. Hinc rursus scriptum est. Multo labo-  
 re sudatum est. et non exiit de ea nimia rubigo eius  
 neque pignus. **I**gnis quippe nobis tribulationis admo-  
 uet. ut in nobis rubiginem uiciorum purget. sicut nec pig-  
 nem rubiginem amittimus. quando et inter flagella uicio  
 non taremur. Hinc per prophetam uerum dicit. Frustra con-  
 flauit conflator. malicie eorum non sunt consumptae. Sciendum u-  
 est quia non nunquam cum inter flagellos duriciam re-  
 manent in correcti. dulci sunt ammonitione mulcendi.  
 quos enim auidameta non corrigunt. non nunquam ab in-  
 iquis accibus lenia blandimeta conpescunt. **Q**uia  
 et plerumque egros quos forns pigmentorum ponit cu-  
 rare non ualuit. ad salutem pristina tepes. aqua re-  
 uocauit. et non nulla uulnera que tua in inchoe



nequeunt. fomentis olei sanantur. Et durus adamans in a-  
sione ferri minime recipit. sed leni hircos sanguine mol-

**T**acet ammonendi sunt nimis taciti. adque alii lesat.  
multiloquio uacantes. Insinuari namque nimis taci-  
tis debet. qui dum quedam uicia in tate fugiunt. oc-  
culte deterioribus implicantur. Nam sepe linguam quam  
in moderatius frenat. in corde grauius multiloquio tole-  
rant. ut eo plus cogitationes in mente ferueant. quo  
illos uolenta custodia indiscreti silentii angustat. Que  
plerumque tanto lacius defluit. quanto se esse securius esti-  
mat. quia foris arephens oribus non uidentur. Unde non  
nunquam mens in superbiam tollitur. et quos loquentes au-  
dit quasi in firmos despicit. nunquam os corporis claudit.  
quantum se uicis superbiendo aperiat non agnoscit. lingua  
enim premit. mentem eleuat. et cum suam nequitiam mini-  
me considerat. tanto apud se cunctis liberius quanto  
et secretius accusat uel arguat. **A**mmunendi sunt ergo  
nimis taciti ut scire sollicite studeant. non solum quales  
foris ostendunt. sed etiam quales se debeant intus exhibere.  
ut plus ex cogitationibus occultum iudicium dei. quam ex ser-  
monibus reprehensionem meruant proximorum. Scriptum  
namque est. Fili mi attende sapientiam meam. et pruden-  
tiam mee in clina aurem tuam. ut custodias cogitationes  
**H**icchi. quippe in nobis est tede fugatus. quod ano-  
bis toties. reredit. quotiens per prauas cogitationes



Defluit. Hinc et enī psalmista ait. Cor meum dereliquit  
 me. Hinc ad semetipm̄ rediens dicit. Inuenit seruus meus  
 cor suum ut oraret te. **C**um ergo cogitatio p̄ custodia re  
 stringit̄. cor qđ fugere consuevit inuenitur. Plerumq; aut̄  
 nimis taciti cum non nulla in uisita patiuntur. eo in acrore  
 dolorem prodeunt. quo ea que sustinent non loquuntur. Nā  
 si illatas molestias tranquille lingua eliceret. a consuetudine  
 dolor maneret. **V**ulnera aut̄ clausa plus cruciant. nam cū  
 putredo que in terius feruet eicitur. ad salutem dolor ape  
 ritur. Scire igit̄ debent qui plus qm̄ expedit tacent. ne  
 inter molestias que tollerant diu linguam tenent. uim do  
 lores exaggerent. **A**mmoneudi sunt ut sic proximos sic  
 se diligant. minime illis taceant unde eos iuste reprehē  
 dunt. **V**ocis enī medicamine utrorumq; saluti concurritur.  
 dum et ab illo qui infert. actio piaua conpescitur.  
 et ab hoc qui sustinet. doloris feruor uulneris apto tem  
 peratur. **Q**ui enī proximorum mala respiciunt. et tamen  
 in silencio linguam premunt. quasi conspectis uulneribus  
 usum medicaminis subtrahunt. et eo mortis auctores fi  
 unt. quo in eis quod potuerūt curare noluerunt. **L**in  
 gua itaq; discretē refrenanda est. non insolubiliter obli  
 ganda. **S**criptū namq; est. Sapiens tacebit usq; ad tempus.  
 ut nimirū cū oportunū tempus cōsidat. post posita tensura  
 silentii loquendo que congruit i usum se utilitatis i  
 pendat. **E**t rursū scriptū est. **T**empus loquendi



et tempus tacendi. **D**iscrete quippe multitudinū  
pensanda sunt tempora. ne aut cum restringi lingua de-  
bet. puerba inutiliter defluat. aut oī loqui uoluerit po-  
tē se metip̄am pigre restringat. Ad bene psalmista  
considerās ait. Pone dñe custodiam ori meo. et ostium  
circumstantiæ labiis meis. Non enī ori suo poni parie-  
tem set hostium petuit. qđ uidelicet aperit et claudit.  
Vnde et non caute dicendū est. quatenus os discretum  
et congruo tempe uox aperiat. et rursū congruo ta-  
citas claudat. **C**ontra ammonēdi sūt multi  
loquio uacantes. ut uigilanter aspiciant a quanto ret-  
itudinis statu depererunt. dum p̄multiplica uerba dila-  
buntur. Humana et enī mens aque moe et circūclu-  
sa ad supiora colligit. quia illud repetit unde descendit.  
et relaxata deperit. quia se p̄ infima inutiliter spargit.  
Quod enī p̄ uacuis uerbis a silentiū sui censura dissipat.  
quasi tot riuus extra se ducit. unde et redire interius  
ad sui cognitiōē non sufficit. quia p̄ multiloquiū spar-  
sa. a secreto se in time considerationis excludit. totam  
uero se insidiantis hostis uulneribz deregit. quia nul-  
la munitione custodie circūcludit. Vnde scriptū est. Sicut  
urbs patens et absq; muroz ambitu. ita uir qui non  
potest in loquendo cohibere os suum. **Q**uia enī mu-  
rum silentiū non habet. patet inimici iaculis ciuitas  
mentis. et cum se p̄ uerba extra se metip̄am eiat. aptam



se ad uersario ostendit. qm̄ tanto ille sine labore superat. quanto et ip̄a que uincitur contra se metip̄am p̄ multiloquiū pugnat. **P**lerūq; aut̄ p̄ quosdam gradus desidiosa mens in lapsū casus in pellitur. dum otiosa uerba cauere negligim̄ ad uoxia puenim̄. ut prius loqui aliena libeat. postmodū denatioib; eoz uitā de quib; loqr̄ moedeat. ad extremū uero usq; ad aptas lingua cōtinentias erumpat. Hinc seminatur stimuli. oriunt̄ iræ. accendunt̄ faces odior. pax ex tinguūt̄ concordiū. vnde bene psalomone dicit̄. Qui dimittit aq̄m̄. caput est uirioz. **A**quam quippe dimitte est. lingua in fluxū eloquiū relaxare. Quo cont̄ etiā in bonā partem dicit̄ iterum. Aqua profunda uerba ex ore uiri. Qui ergo dimittit aq̄. capud est uirgioz. quia qui lingua non refrenat. cōcordiam dissipat. vnde bene ediuerso scriptū est. Qui imponit stulto silenciū uas mitigat. Qui aut̄ multiloquio seruiens lingua frenare nequiuerit. accidit ut rectitudinē iusticie tenere neq̄qm̄ possit. Et hoc testat̄ p̄pha qui ait. Vir̄ linguosus non diriget̄ sup̄ terrā. Hic salomon iterum dicit̄. In multiloquio peccatū non deerit. Hinc ysaias ait. Cultus iusticie silenciū. Videlicet in sinuans. quia mentis iusticia desolatur. q̄ndo ab inmodata locutione non parit̄. Hinc iacob dicit̄. Si quis putat se religiosū esse nō refrenās lingua suā set seductes cor suū. hui' uana ē religio. **H**inc rur̄sū ait. Sit



quius homo uelox ad audiendum tardus aut ad loquēdū  
**H**inc iterum ad iungit lingue uim difiniens. In quierū  
malū plena ueneno mortifero. **H**inc p̄semetip̄am nos  
ueritas ammonet dicens. Omne uerbū otiosum qđ locu  
ti fuerint homines. rationē de eo reddent in die iudicii. Ot  
iosum quippe uerbum est. qđ aut ratione iuste necessitatis  
aut in reuisione pie utilitatis caret. Si ergo ratio de otioso ser  
mone exigitur. pensē que pena multiloquiū maneat  
in quo etiam p̄noxia uerba peccatur. **A**lter animo  
nendi sūt pigri. adq; aliter p̄cipites. Illi namq; suadē  
di sunt ne agenda bona dum differūt amittant. illi uero  
ammonendi sūt. ne dum bonæ tempus intante festinan  
do p̄ueniūt. eorū merita in mutent. Pigris itaq; in timan  
dum est qđ sepe dum opo<sup>ni</sup>ne agere que possumus nolu  
mus. paulo post cum uolum<sup>us</sup> non ualemus. Ip̄a quippe  
mentis desidia dum congruo seruore non attenditur.  
abonæ desiderio funditus conualescente furtim torpo  
re mactatur. Vnde ap̄re psalomonē dicitur. Pigr<sup>o</sup> do in  
mittit soporem. Piger enī recte sentiendo quasi uigilat  
qm̄uis nichil operando torpescit. **S**ed pigredo soporē  
inmittere dicitur. quia paulisp̄ etiam recte sentiendi ui  
gilancia amittitur. cum a bene opandi studio cessatur.  
Vbi recte sub iungitur. Et anima dissoluta esuriet.  
**N**am que se ad superiora stringendo non dirigit. ne  
glectam se in ferius p̄desideria expandit. et dū studi

a

orū  
fin  
mi  
abe  
otio  
spū  
tat  
neg  
tau  
olter  
p̄sa  
dica  
pe p  
ger  
nor  
ri m  
et r  
sūd  
tra  
**S**e  
ua  
me  
ta  
ni  
uid



orum sublimium uigore non constringit. cupiditatis in  
 fine fame sauciatur. ut quo se ligare p̄ disciplina dissimulat.  
 eo se esuriens p̄ uoluptatū desideria spargat. Hic  
 ab eodem rursus salomone scribit. Indesiderus est om̄is  
 otiosus. Hinc ip̄a ueritate p̄dicante uno quidē ex eunte  
 spū munda dom̄ dicit. r. set multiphaus redeūte dum ua  
 cat occupatur. **P**lerumq; piger dum necessaria agere  
 negligit. quedam sibi difficilia opponit. quedam uero in  
 taute formidat. et dum in uenit qd̄ uelut uultu meniat.  
 ostendit qd̄ in otio quasi non in uultu torpescat. Cui recte  
 p̄ salomone dicit. Propt̄ frigus piger arare noluit. men  
 dicabit ergo estate et non dabitur ei. Propt̄ frigus quip  
 pe piger non arat. dum desidia et torpore constrictus a  
 gere que debet bona dissimulat. **P**ropter frigus pig  
 non arat. dum parua et aduersa mala metuit. et opera  
 ri maxima p̄termittit. Bene aut̄ dicit̄ mendicauit estate  
 et non dabitur ei. Qui enī nūc in bonis operib; non ex  
 sudat. cum sol iudicū feruentior apparuerit. quasi frus  
 tra regni aditū postulat. nichil accipiens estate mendicat.  
**B**ene huic p̄ eundem rursus salomone dicit. Qui obser  
 uat uentū non seminat. et qui considat nubes nūq̄m  
 metet. **Q**uid enī p̄ uentū nisi malignoꝝ spūituū tēp  
 tatio exprimit. et quid p̄ nubes que mouent̄ a uento  
 nisi ad uersitates p̄rauoꝝ hominū designant̄. **A**uentis  
 uidelicet impellunt̄ nubes. quia imundoꝝ spūituū affla



tu prauū excitant homines. **¶** Qui ergo obseruat uen-  
tum non seminat. et qui considerat nubes nūquā metet.  
quia quisq; temptationē malignoꝝ spirituum. quisq; per-  
secutionem prauoꝝ hominū metuit. neq; nūc grana bo-  
ni operis seminat. neq; tunc manipulos sancte retribu-  
tionis setat. **¶** At contra precipites dum bonoꝝ actuum  
temp<sup>or</sup> premiunt. meritū puerit. et sepe in malis corruūt  
dum bona minime discernūt. qui nequaquā que quan-  
do agant in spiciūt. set plerumq; acta quia ita non debu-  
erunt agere recognoscūt. Quib; sub auditoꝝ spene recte  
apud salomonē dicitur. **F**ili sine consilio nichil facias. et  
post factū non penitebis. **E**t rursus. **P**alpebre me p̄ce-  
dant gressus meos. **P**alpebre quippe gressus p̄cedunt. cum  
opacionē nrām consilia recta p̄ueniunt. **Q**ui enī negligit  
considerando p̄uidere qd̄ facit. gressus tendit. oculos clau-  
dit. p̄gendo iter p̄ficiat. set p̄ueniendo sibi metip̄i non ante-  
cedit. adq; idcirco citius corruit. quia quo pedem operis  
ponere. debeat p̄ palpebram consilii non attendit.

**A**liter ammonendi sūt mansueti adq; aliter iracundi.  
**N**on nunquā namq; mansueti cum p̄sunt. uiciniū  
et quasi iuxta positū torporem desidie patiunt. et plerūq;  
nimia resolutione lenitatis ultra qm̄ necesse est uigore  
distinctionis emolliunt. **¶** At contra iracundi cum regi-  
minū loca p̄cipiunt. **U**quo in pellente ira immensis in-  
mensis uesaniā de uoluuntur. eo etiam subditorum



uitam dissipata quietis tranquillitate confundit. Quos  
 cum furor agit in preceps ignorant quid quod uan faci-  
 unt. ignorant quid quod a semetipis uan patiuntur. Non  
 nunquam uero quod est grauius ire sue simulum iusticie ze-  
 lum putant. et cum uicium uirtus creditur. sine meti cul-  
 pa cumulat. **S**epe ergo mansueti dissolutionis tor-  
 pescent tedium. sepe uacundi rectitudinis zelo falluntur.  
 Illos itaque uirtuti uicium latenter ad iungitur. in-  
 his autem suum uicium quasi ferues uirtus uidetur.  
 Ammonendi igitur sunt illi ut fugiant quod iuxta ipsos  
 est. illi quod impiis est attendant. Illi quod non habent  
 discernant. illi quod habent. Amplectantur mansueti sol-  
 litudinem. torporem dampnet. uacundi perturbationem.  
**A**mmoneudi sunt mansueti ut habere etiam  
 emulationem iusticie studeant. ammonendi sunt uacun-  
 di. ut emulationi quam se habere estimant. mansuetudi-  
 nem subiugant. Idcirco namque spiritus sanctus in columba  
 nobis et in igne monstratus. quia uidelicet omnes quos  
 implet et columbe simplicitate mansuetos. et in igne  
 zeli arduos exhibet. Nequaquam ergo spiritu sancto plenus  
 est. qui aut in tranquillitate mansuetudinis feruorem  
 emulationis deserit. aut rursus in emulationes ar-  
 dore uirtutem mansuetudinis amittit. **Q**uod  
 fortasse melius ostendimus. si in medium pauli magis-  
 trum proferamus. qui duobus discipulis et non



diuersa caritate predictis. diuersa tamen ad uictoria pre-  
dicacionis impendit. **T**imotheum namque ammonens  
ait. **A**rgue. obsecra. increpa. in omni patientia et doc-  
trina. **T**itu quoque ammonet dicens. **H**ec loquere et  
exortare. et argue tu omni imperio. **Q**uid est quod doc-  
trinam suam tanta arte dispensat. ut in exhibenda hec  
alteri imperium. adque alteri patientiam proponat. nisi quod  
mansuetioris spiritus tyrum. et paulo feruentioris uidit  
esse timotheum. **I**llum per emulationis studium in flam-  
mat. hunc plenitatem patientie temperat. illi quod deest  
iungit. huic quod super est subtrahit. illum stimulo  
in pellerere nititur. hunc freno moderat. **M**agnus  
quippe suscepte ecclesie colonus alias palmites ut cres-  
cere debeant rigat. **A**lios cum plus iusto crescere con-  
spicit resecat. ne aut non crescendo fructus non refe-  
rant. aut in moderate crescendo quos protulerunt amittant.  
**S**ed longe est alia uia que sub emulationis specie  
subripit. alia que per turbatum cor et sine iusticie pretextu  
confundit. **I**lla enim in hoc quod debet in ordinate et ten-  
ditur. hec autem semper in his que non debet in flammatur.  
**S**ciendum quippe est quia hoc ab impatientibus uacundi  
differtur. quod illi ab aliis illata non tollerant. isti autem  
etiam que tolerent important. **N**am uacundi sepe etiam  
se declinantes insecunt. rixae occasione commouent. la-  
bore contentionis gaudent. quos tamen melius corrigi



mus. si in ipsa re sue commotione declinamus. Per turbati quippe quid audiant ignorant. sed ad se reducti tanto libentius ex orationis uerba recipiunt. quanto se tranquillius toleratos erubescunt. Mentis autem furore ebriomine rectum quod dicitur. puerum uidetur. **V**nde et nabal ebrio culpam suam abigail laudabiliter tacuit. quam digesto uino laudabiliter dixit. Idcirco enim malum quod fecerat cognoscere potuit. quia hoc ebrius non audiuit. Cum uero uacundi alios impetunt ut declinari omnino non possit. non apta exprobratione. sed sub quadam sunt cautela reuerentiae partendo feriendi. **Q**uid melius ostendimus si abner factum ad medium deducamus. Hunc quippe cum asahel in caute precipitationis gressu impeteret scriptum est. Locutus est abner ad asahel dicens. Retrede noli me sequi. ne compellat confodere in terram. Qui audire contempsit. et noluit declinare. Pertussit ergo eum abner auersa hasta in inguine. et transfodit eum. et mortuus est. **C**uius enim asahel tempus tenuit. nisi eorum quos uehementer arripies furor in preceps ducat. qui in eodem furoris impetu tanto cautius declinandi sunt. quanto et in sane rapiuntur. **V**nde et abner qui in sermone nostro patris lucerna dicitur fugit. quia doctor lingua que supernum dei lumen indicat. cum per abrupta furoris mentem cuiuspiam ferri com-



spicit. tuncq; contra irascentem dissimulat uerboz ianula  
reddere. quasi psequente non uult ferire. **S**ed cum iracundi  
nulla consideratione se mitigant. quasi asabel pseq  
et in sanire non cessant. Necesse est ergo ut hi qui furen  
tes reprimere conantur. nequaquam se in furore irigant.  
set quiddam tranquillitatis est ostendant. que iam uero sub  
tillie profertant. in quibus ex obliquo furentis animum  
pungant. Vnde et abner cum contra psequente obsistit.  
non eum recta set a uersa hasta transfodit. Ex mucrone  
quippe percutere est. in petu apte in orpacionis obuiare

**A**uersa uero hasta ferire psequente est. furentem tranquil  
le ex quibusda tangere. et quasi parcendo supare. Asabel  
aut protinus occumbit. quia comote mentes dum er  
panti sibi sentiunt. et tamen responsionu racione min  
tims sub tranquillitate tangunt. ab eo qd se exereant  
statim cadunt. **Q**ui ergo a furois sui impetu suble  
mitatis p cussione resiliunt. quasi sine ferro moriuntur.

**A**liter ammonedi sut humiles adq; aliter elati. Illis  
insinuandu est qm uera sit excellencia qm sperando  
tenet. Illis uero intimandu est. qm sit nulla temporalis

gloria qm et amplectentes non tenent.  
**A**udiant humiles qm sint eterna  
que appetunt. qm transitoria que  
cotempnunt. **A**udiant elati qm  
sint transitoria que ambiunt. qm



eterna  
ueri  
elati  
miles  
nam  
nisi ad  
os  
humil  
longe  
milit  
bia  
se meti  
elati q  
ues fili  
ta est  
in uent  
codit  
noster  
natus et  
unt ad  
se erig  
et reho  
titudine  
te  
suo



eterna que pdunt. Audiant humiles ex magistri uoce  
 ueritatis. omis qui se humiliat exaltabitur. audiant  
 elati. omis qui se exaltat humiliabitur. Audiant hu-  
 miles. glam precedit humilitas. audiat elati ante rui-  
 nam exaltabitur spe. Audiant humiles. ad qm respiciam  
 nisi ad humilem et quietu. et timentem sermones me-  
 os. Audiant elati. quid supbis teria et omis. Audiant  
 humiles deus humilia respicit. audiant elati et alta a  
 longe cognoscat. Audiāt humiles. non uenit ministrari s;  
 ministrare. audiant elati. quia iudicium omis peccati sup-  
 bia. Audiāt humiles. quia redēptor noster humiliavit  
 se metipm. factus patri obediens usq; ad mortē. audiāt  
 elati quid de eoz capite scriptū est. Ipe est rex sup om-  
 nes filios supbie. **O**ccasio igitur pdicionis nostre fac-  
 ta est supbia dyaboli. et argumentū redempcionis nost<sup>e</sup>  
 in uenta est humilitas dei. Hostis enī noster inter omnia  
 cōditus. uideri sup omia uoluit elatus. Redemptor autem  
 noster magnus manēs sup omnia. fieri inter omnia dig-  
 natus est paruus. Dicat ergo humilibz quia dum se deici-  
 unt. ad dei similitudinē ascendunt. Dicatur elatis quia dum  
 se erigunt. in apostate angeli imitationē cadunt. Quid itaq;  
 de rectione elatione de iectius. que dum sup se tendit. ab al-  
 titudine uere celsitudinis elongatur. Et quid humilita-  
 te sublimius. que dum se in ima deprimit. auctori  
 suo manenti sup sūma diungit. **E**st tam aliud qd



in humilibz debeat caute pensari. quia sepe quidā humili-  
tatis decipiuntur specie. quidam uero elationis sue ignorācia  
falluntur. Nam plerūq; non nullis qui sibi humiles uiden-  
tur. is qui hominibz de ferri non debet cōiunctus est ti-  
mor. plerūq; uero elatos comitari solet libere uotis asser-  
tio. et cum quedam in crepanda sunt uicia. illi renitent ex ti-  
more. et tamē se tate estimāt ex humilitate. **I**lli loquuntur  
p in patientiā elationis. et tamē loqui se credunt p liberta-  
tem rectitudinis. Illos ut pueris nō in crepent. sub spene  
humilitatis pmit culpa formidinis. istos ad in crepanda q̄  
non debent aut magis in crepanda qm̄ debent. sub yma-  
gine libertatis effrenatio impellit tumoris. Vnde et elati am-  
monendi sunt ne plus qm̄ detet sint liberi. et humiles  
ammonēti sunt ne plus qm̄ expedit sint subiecti. ne aut  
illi defensionē iusticie uertant in exercitationē supbie. aut  
isti cum student plus qm̄ necesse est hominibz subiti. cōpel-  
lantur eoz etiam uicia uenerari. **C**onsidandū uero est qd  
plerūq; elatos utilius corripimus. si eoz correctionibz  
quedam laudum fomenta miscēam. In ferenda namq; si  
illis aut alia bona que in illis sunt. aut dicendum certe  
que poterant esse si non sunt. et tunc demū reseranda  
sunt mala que nobis displicent. cū prius ad audiendū  
placabilem eoz mentē feterint pmissa bona que placēt.  
**N**am et equos in domitos blanda prius ma-  
nu tangimus. ut eos nobis plenius post mo. dum



etiam p Flagella subigam<sup>r</sup>. et amaro pigmento poculo  
 mellis dulcedo ad iungitur. ne ea que salua p futura  
 est. in ipso gustu aspa amaritudo fennatur. Dum uero  
 gustus p dulcedinem fallitur. humor mortiferus p amari-  
 tudine uacuat. **I**pa ergo in elatis in uertionis exor-  
 dia p mixta sunt laude temperanda. ut dum non amit-  
 tunt fauores quos diligunt. etiam correctiones recipi-  
 ant quas oderunt. Plerumq; aut p suadere elatis utilia  
 melius possumus. si prouentū eor nobis potius qm  
 illis p futurū dicam<sup>r</sup>. si eor meliorationē nobis magis  
 qm sibi in pendi postulem<sup>r</sup>. facile enī ad bonū elatio flet-  
 titur. si eius in flexio prodesse et aliis credatur.  
**V**nde moyses qui regente se deo deserti iteri duce aerea  
 colūpna pergebat. cum ebab cognatū suū a gentilitatis  
 conuersatione uellet educe. et omnipotentis dei domi-  
 nio sub iugare ait. Proficiscam<sup>r</sup> ad locū qm dñs datur<sup>r</sup>  
 est nobis. ueni nobiscū et bene faciem<sup>r</sup> tibi. quia dñs  
 bona p misit israheli. **C**ui cum respondisset ille nō ua-  
 dam tecum. sed reuertar in terram in qua natus sum.  
 illico ad iunxit. Noli nos relinquere. tu enī nosti lo-  
 ta in quibz p desertū castra pone debeam<sup>r</sup>. et eris ductor  
 noster. Neq; enī moyli mentē ignorantia itineris ang-  
 tabat. quam et ad prophete scienciā cognitiō diuinita-  
 tis expandat. qm colūpna exterius preibat. qm de-  
 tinctis in terius p conuersationē deo sedula locutio dei



#  
auditor

familiaris in struebar. **S**ed uidelicet uir prouidus elato  
auditori colloques solacium petit ut daret. clucem re  
quirebar in uia. ut dux ei fieri potuisset ad uitam. Egit  
itaq; ut supbus ad uitor uoti ad meliora suadenti eo ma  
gis fieret deuotus. quo putaret<sup>o</sup> necessarius. et unde  
se ex orationem suam pcedere nederet. inde se sub uer  
bis ex orationis inclinaret. **A**liter ammonendi sunt  
pinnaces. adq; aliter inconstantes. Illis dicendum est.  
qd plus de se qm sunt sentiunt. et idcirco alienis co  
siliis non acquiescunt. Illis uero intimandum est qd  
ualde de se despicientes negligunt. et ideo leuitate co  
gitationu a suo iudicio ptempore momenta flectuntur.  
**I**llis dicendum est quia meliores se ceteris estimarent.  
nequaquam cunctoꝝ consilia sua deliberatione post po  
nerent. illis dicendum est quia si hoc qd sunt ut  
cumq; adtenderent. nequaquam eos p tot uarietatis la  
tera mutabilitatis aua uersaret. Illis p paulu dicit.  
nolite prudentes esse apud uos metipos. At cont illi  
audiunt. non circūferamini omni uento doctrine  
**D**e illis psalomonem dicitur. Comedent fruc  
tus uinee sue. suisq; consiliis saturabuntur. De illis  
aut ab eo rursum scribit. Cor stultoꝝ dissimile erit.  
**C**or quippe sapientium sibi metipm semp est simile.  
quia dum rectis puationib; ad quiescit. constanter  
se in bono ope dirigit. **C**or uero stultoꝝ dissimile



est. quia dum mutabilitate se uarium exhibet. nūquā idē  
 qđ fuerat manet. Et quia quedam uicia sicut ex semetipis  
 gignūt alia. ita ex aliis oriuntur. **S**ciendū summope  
 est. quia tunc ea corrigendo melius tergemus. cum ab ipō  
 amaritudinis sue fonte siccamus. **P**ertinacia quippe ex  
 supbia. in constantia aut ex leuitate generatur. Ammonē  
 di sunt igitur p̄tinaces. ut elationē sue cogitationis cog  
 noscant. et semetipōs uincere studeant. ne dum rectis  
 alioꝝ suasionibꝫ fixis supari despiciunt. intus a supbia  
 captiui teneantur. Ammonendi sūt ut sollerter aspiciāt.  
 quia filius hominis cui una semp cum patre uoluntas  
 est. ut ex emplm nobis frangende nostre uoluntatis  
 prebeat dicit. Non quero uoluntatem meā. sed uolun  
 tatem eius qui misit me patris. **Q**ui ut huiꝰ adhuc  
 uirtutis gratiam cōmendarer. seruaturū se hoc in ex  
 tremo iudicio p̄misit dicens. Non possum ego a me  
 ipō facere quicquid. sed sicut audio iudico. Qua itaq; cō  
 sciencia dedignatur homo aliene uoluntati acquiescere.  
 quando dei adq; hominis filius. cum uirtutis sue glo  
 riam uenit ostendere. testatur se non a semetipō iudica  
 re. At contra ammonendi sūt inconstantes. ut mentē  
 grauitate roborent. Tunc enī germina in se mutabi  
 litatis arescunt. cū a corde prius radicem leuitatis  
 absadunt. **Q**uia et tunc fabrica robusta constru  
 itur. cum prius locus solidus in quo boni funda



mentum debeat providentur. Nisi enim autem mentis leuitas  
caueatur. cogitationum in constantia minime vincitur. Ad  
bus alienum se paulus fuisse prohibuit cum dicit. Numquid  
leuitate usus sum. aut que cogito secundum carnem cogito. ut  
sic apud me est et non. At si apte dicat. Idcirco muta-  
bilitatis auita non moueoz. quia leuitatis uicio non sub-  
cumbo. **A**lter ammonendi sunt gulae dediti. ad que  
aliter abstinentes. Illos enim semper superfluitas loquutionis le-  
uitas operis adque luxuria. istos uero sepe inpatientia. sepe  
uero superbi et culpa committantur. Nisi enim gulae deditos in  
moderata loquacitas raperet. diues ille qui epulat<sup>ba</sup> cotidie  
splendide. in lingua grauius non arderet dicens. Pater ab-  
raham miserere mei. et mitte lazarium ut intingat ex tremum  
digiti sui in aquam. ut refrigeret linguam meam. quia quicquid in  
hac flamma **Q**uibus profecto uerbis ostendit. quia e-  
pulando cotidie crebrius in lingua peccauerat. qui tonis  
ardens refrigerari se precipue in lingua requirebat. Rur-  
sumque gulae deditos leuitas protinus operis sequitur. quod  
auctoritas sacra testatur dicens. Sedit populus manduca-  
re et bibere. et surrexerunt ludere. Quos plerumque eda-  
citas usque ad luxuriam pertrahit. quia dum satietate uentris  
distenditur. aculei libidinis excitantur. **V**nde et hos-  
ti calido qui primi hominis sensum in concupiscentia  
a pomu aperuit. et se in peccati laqueo strinxit. di-  
uina uoce dicitur. Pectore et uentre per repes. At



si aperte diceret. Cogitatione et in gluuie sup humana  
 corda dominatis. **Q**uia gula deditos luxuria sequit.  
 ppha testatur: quia dum aperta nariat. occulta denun-  
 tiat dicens Princeps cocce destruxit muros ierlm. Prin-  
 ceps cocce namq; uenter est. cui magna cura obsequiu  
 a cocis impenditur: ut ipe delectabilis cibus impleatur.  
**M**uri aut ierlm uirtutes sunt anime. ad desiderium supne  
 pans eleuate. Cocce igitur princeps muros ierlm deie-  
 cit. quia dum uenter in gluuie in gluuia tenditur. uirtu-  
 tes anime pluxuriam destruiuntur. Quo contra nisi  
 mentes abstinentiu plerumq; in paciencia a sinu tran-  
 quillitatis ex tuteret. nequaquam petrus diceret. Minis-  
 tate in fide uia uirtutem. in uirtute aut sciencia. in  
 sciencia aut abstinentia. prouinus uigilant ad iungeret  
 dicens. In abstinentia aut pacienciam. **D**e esse quippe  
 puidit abstinentib; pacienciam. qm eis ut ad esset ammo-  
 nuit. Rursum. nisi cogitationes abstinentium non nuqm  
 supbie culpa transfigeret. paulus minime dixisset. Qui no  
 manducat. manducante non iudicet. Qui rursus ad alios  
 loquens. dum de abstinentie uirtute glorianciu precep-  
 ta pstringeret. ad iunxit. Que sunt ratione quidem ha-  
 bentia sapientie insupstiaone et humilitate. non ad  
 partendu corpori. non in honore aliquo ad saturitatem  
 carnis. **Q**ua in re notandum e. qd in disputatione  
 sua egregius pdicator supstiaone humilitatis speciem



ungit. quia dum plus quā necesse est p̄ abstinenciam caro  
atreritur. humilitas foris ostendit. set de hac ip̄a humili-  
tate grauter interius supbitur. Et nisi mens aliquando ex  
abstinenae uirtute tumesceret. nequaquā hāc uelud inter  
magna merita phariseus arrogans studiose enumeraret  
dicens. Ieiuno bis in sabbo. **A**mmone di sūt gula dedi-  
ti. ne in eo qd̄ in esarū delectatione in cubant. luxurie se  
mucrone transfigat. quantū sibi p̄sum loquacitas. quan-  
ta mentis leuitas in di insidietur aspiciant. ne dum uen-  
tri molliet seruiunt. uiciorū laqueis crudeliter astrin-  
gantur. Tanto em̄ tōgnus a secundo parente receditur. quā-  
to p̄ in moderatū esum dum manus ad cibum tenditur. pa-  
rentis primi lapsus iteratur. **E**t contra ammonendi  
sunt abstinentes. ut sollicitate semp̄ aspiciant. ne cum gu-  
le uicium fugiunt. a tricea his uicia ex uirtute generē-  
tur. ne dum carnē macerant. ad impatienciā sp̄t erūpat.  
et nulla iam uirtus sit qd̄ caro uincitur. si sp̄t ab uā su-  
patur. Aliquando aut̄ dum mēs abstineneciū ab uā se de-  
primit. hanc quasi peregrina ueniens leticia corrumpit.  
et eo abstinenae bonū deperit. quo sese a spiritalibz ui-  
tūis minime custodit. **V**nde recte p̄ propham dicit.  
Indiebz ieiuniorū uōz uoluntates uīe inueniunt. Et  
paulo post. In iudicio et rixis ieiunatis. et p̄ uirtutis  
pūgnis. Voluntas quippe ad leticiam p̄tinet. pūgn<sup>9</sup>  
ad uiam. In cassum ergo p̄ abstinenciā corp̄ atteritur.



si inordinatis die missa moribus mens uicis dissipatur.  
**R**ursusq; ammonendi sunt. ut abstinentiam suam  
 et semper sine in mutatione custodiant. et nunquam hanc  
 apud oculum iudicem eximie uirtutis credant. nisi  
 fortasse magni esse meriti crediderit. quod in elatione  
 subleuetur. Hinc namque per prophetam dicitur. Numquid  
 tale est ieiunium quod elegi. set frange esurienti panem  
 tuum. et egenos uagosque induc in domum tuam. Quia in  
 re pensandum est. uirtus abstinentie quam parua aspiciat.  
 que non nisi ex aliis uirtutibus commendat. Hinc Iobel  
 ait. Sanctificate ieiunium. Ieiunium quippe sanctifi-  
 care est. ad iunctis bonis aliis dignam deo abstinentiam  
 carnis ostendere. **A**monendi sunt abstinentes. ut  
 nouerint quia tunc placente deo abstinentiam offerunt. cum  
 ea que sibi de alimentis subtrahunt. indigentibus largi-  
 untur. Solleter namque audiendum est. quod per prophetam  
 dominus redarguit dicens. Cum ieiunaretis et plangere-  
 tis in quinto et in septimo mense per hos septuagi-  
 ta annos. numquid ieiunium ieiunastis michi. et cum  
 comeditis et bibitis. numquid non uobis comeditis. et  
 uobis metipsis bibitis. Non enim deo set sibi quisque  
 ieiunat. si ea uentri que subtrahit ad tempus. non  
 in opibus tribuit. set uentri post modum offerenda  
 custodit. Itaque ne aut illos appetitus gule amen-  
 tis stant deiciat. aut istos afflictis carnis ex elatione



subplantet. **A**udiant illi ex ore ueritatis. **A**udiant  
Attendite aut uobis. ne forte grauentur corda uia in ca-  
pula et ebrietate. et curis huius mundi. Vbi uilis quicquid  
pauor ad iungitur. et superueniet in uos repentina dies  
illa. Tamquam laqueus enim superueniet in omnes. qui se-  
dent super faciem omnis terre. **A**udiant isti. non quod in-  
trat in os contaminat hominem. sed quod procedit ex ore  
hoc contaminat hominem. **A**udiant illi. esca uentri et  
uenter escas. **D**s aut hunc et has destruet. **E**t rursus.  
**N**on in conuersionibus et ebrietatibus. **E**t rursus. **E**sta  
nos non commendat deo. **A**udiant isti. quia omnia  
munda mundis. contaminatis aut et in fide. **I**libus  
nichil est mundum. **A**udiant illi. quod deus uen-  
ter est. et gloria in confusione ipsorum. **A**udiant isti. dis-  
cedent quidam a fide. et paulo post. prohibentium nu-  
bere. abstinere a cibis quos deus creauit ad partipi-  
endum cum gratiarum actione fidelibus. et his qui cog-  
nouerunt ueritatem. **A**udiant illi. bonum est non man-  
ducare carnem et non bibere uinum. neque in quo fiat  
tuus scandalizat. **A**udiant isti. modico uino utere  
propter stomachum tuum. et tuas frequentes infirmita-  
tes. **Q**uatenus et illi distanc abos carnis inordinate  
non appetere. et isti creaturam dei quam non appetunt. non au-

**A**lii amonendi sunt qui deant contempnare.  
sua iam misericorditer tribuunt. adque aliter



qui ad huc rapere aliena contendunt. **A**monēdi nam  
 q; sūt qui iam sua misericordit̄ tribuunt. ne cogitandē  
 tumida sup̄ eos se quib; terrena largitur ex tollant.  
 ne igit̄ se meliores estimēt. quia cōtineri p̄ se ceteros ui  
 dent. Nam terrene domus dominus famuloꝝ ordiēs  
 ministeriaq; dispiciens. hos ut regant. illos uero statuit  
 ut ab aliis regant. **I**stos iubet ne necessaria ceteris p̄be  
 ant. illos ut accepta ab aliis sumāt. et tam̄ plerūq;  
 offendūt qui regunt. et in panis familias grāna per  
 manēt qui regunt. **I**tam merent̄ qui dispensatores sunt.  
 sine offensione p̄duant qui ex aliena dispensatione sub  
 sistent. **A**monēdi sūt igit̄ qui iam que possident mi  
 sericordit̄ tribuunt. ut a celesti dño dispensatores se esse po  
 sitos subsidioꝝ temporalium agnoscant. et tanto humiliter  
 p̄beant. quanto et aliena esse intelligunt que dispensant.  
**C**umq; in illoꝝ ministerio quib; accepta largiuntur. con  
 stitutos se esse cōsiderant. nequaquam eoz mentes tumor  
 subleuet set timor premat. **V**nde necesse ē ut solli  
 cite p̄pendant. ne cōmissa indigne distribu  
 ant. ne quedam his quib; nulla. ne  
 nulla quib; quedā. ne multa quib;  
 pauca. ne pauca p̄beant quib;  
 inpende multa debuerant. ne  
 p̄cipitatione hoc qd̄ tribuunt  
 inutilit̄ spargant. ne tardi-



tate petentes noxie crucient. **A**tendant etiā sollicitē ne  
recipiende huius gratie intentio subrepat. ne dationis lumē  
laudis transitorie appetitio extinguat. ne oblatū munus  
iuncta tristitia obsideat. ne in bene oblato munere obla-  
tū plus quā deest hilarescat. ne sibi quicquid cum totū  
recte impleuerint tribuāt. et simul omnia postquā pegerint  
perdant; Ne enī uirtutē sibi sue libertatis depurent. Audi-  
ant quod scriptū est. Siquis administrat tanquā ex uirtute  
quā administrat deus. ne in bene factis in moderatius gaude-  
ant. Audiant quod scriptū est. tū feceritis omnia que precepta uo-  
bis dixi. serui in utiles sumus. que debuimus facere fecimus. uide-  
ant quod scriptū est. **H**ilarem enī datorem diligit deus. et ne in  
expenso munere transitoria laudem querat. audiat quod scrip-  
tum est. nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. id est ne  
pie dispensationi nequaquam se gloria uite presentis admisce-  
at. sed opus uirtutinis appetitio ignoret fauoris. Ne in  
pense gratie inassuetudine requirant. audiat quod scrip-  
tum est. cum facis prandium aut cenā. noli uoca-  
re amicos tuos. neque fratres tuos. neque cog-  
natos. neque uicinos diuites. ne forte  
ip̄i te remunerent. et fiat tibi ret-  
ributio. **S**ed cum facis conuiu-  
ium. uoca pauperes. debiles. clau-  
dos. cetos. et beatus eris. quia  
non habent tibi retribuere.

Ne oblatū  
munus tristitia  
obsideat. †



et deus tibi pro ipis retribuet. Neque que p̄benda sunt  
 citius sero p̄beant. audiant qđ scriptū est. ne dicas ami-  
 co tuo uade et reuertere. et cras dabo tibi. cū statū possis  
 dare. Ne sub obtentu largitatis ea que possident inutiliter spar-  
 gant. audiant qđ scriptū est. sudet elemosina in manu tua.  
**E**t ne cum multa necesse sint pauca largiant. audi-  
 ant qđ scriptū est. qui parte seminat. parte et metet. Ne  
 cū pauca p̄be oporteat multa p̄beant. et ipi post modū  
 minime inopiam tollerantes ad impacientia erūpant. au-  
 diant qđ scriptū est. Non ut alius sit remissio uobis aut  
 retributio tribulatio. sed ex qualitate uia habundantia il-  
 loꝝ in opia suppleat. ut et illoꝝ habundantia uie in opie  
 sit suppletū. Cum enī dantis mens ferre in opia nescat. si  
 multa sibi subtrahit. occasione contra se impacientie exq̄-  
 rit. prius nāq; p̄parandus est paciencie animus. et tūc aut  
 multa sūt aut cuncta largienda. ne dum min⁹ equanimi-  
 ter inopia irruens fertur. et p̄misse largitatis merces  
 perat. et ad huc mentē deterius murmuraō subsequens  
 perdat. **N**e omnino nichil eis p̄beant. quibz conferre  
 aliquid parū debent. audiat qđ scriptū est. Omni peten-  
 ti te tribue. Ne saltem aliquid p̄beant quibz omnino  
 cōferre nichil debent. audiant qđ scriptū est. da bono  
 et non reciperis peccatorē. Bene fac humili. et nō de-  
 deris impio. **E**t rursum. Panē tuum et uinū sup sepul-  
 trū iusti constitue. et noli ex eo manducare et bibe



cum peccatoribus. **P**anē enim et uinū suū peccatoribus  
præbet. qui in iquis subditā subsidia pro eo qđ uiquus ē  
inpendit. Unde non nulli huius mundi diuites cū fame cri-  
ticiantur xpi paupes. effusis largitatibus nutriunt ulcio-  
nes. Qui uero indigenti etiam peccatori panē suū. non  
quia peccator s; quia homo est tribuit. nimirū non pecca-  
tozem set iustū nutrit. qui in illo non culpam set naturam  
diligit. **A**mmoneudi sunt etiā qui iam sua misericor-  
diter largiunt. ut solliate custodire studeant. ne cū cōmis-  
sa peccata elemosinis redimūt. ad huc redimenda cōmit-  
tant. ne uidelicet uenalem dei iusticiam estimēt. si non curāt  
peccatis nūmos tribuere. arbitrantur se multū posse pecca-  
re. Plus est nāq; anima qm̄ esca et corpus plus qm̄ uestimē-  
tum. Qui ergo ergo escam adq; uestimentū paupibus largi-  
tur. set tamē anime uel corporis iniquitate polluitur. qđ  
minus est iusticie obtulit. et qđ maius est culpe. sua  
enī deo dedit. et se ipm̄ diabolo. **A**t contra ammonēdi  
sunt qui ad huc et aliena rapere contendūt. ut solli-  
te audiant. quid ueniens in iudiciū dñs dicat. **A**it  
namq; esurui et non dedisti m̄ manducare. sitiui et  
non dedisti michi potū. hospes eram et nō collegisti  
me. nudus et non opulisti me. infirmus et i cartē  
et non uisitasti me. Quibus etiam p̄mittit dicens.  
Discedite a me maledicti in ignē eternū. qđ p̄parat̄ est  
dyabolo et angelis ei. **E**cce nequaquam audiunt. qđ



rapinas uel quelibet alia uolentia commiserunt. et tam  
 eternis gehenne ignibus mancipantur. **H**inc ergo colli-  
 gendum est. quanta damnatione plectendi sunt qui a-  
 liena rapiunt. si tanta animaduersione feriuntur qui sua  
 in diserte tenuerunt. Perpendat quos eos obliget reatu-  
 res rapta. si tali subient pene non tradita. Perpendat  
 quid meretur in iusticia illata. si tanta percussione digna est  
 pietas non impena. Cum aliena rapere intendunt. audi-  
 ant quod scriptum est. **V**e ei qui multiplicat non sua. usque  
 quo et aggrauat contra se densum lutum. Auidus quip-  
 dicitur et tamē ad salutem tota phibetur. quia cōiugalis ui-  
 ta nec amundo longe diuisa est. nec tamē a gaudio salutis  
 aliena. sed tunc in actione hac uitam suam cōiuges quasi in  
 parua ciuitate custodiunt. quando pro se assiduis deprecātibz  
 int̄cedunt. **V**nde et recte p̄ anḡlū ad eundem loth dicit̄  
 tur. Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas. ut non subuertā  
 urbem pro qua locutus es. quia uidelicet cum deo de-  
 precatio funditur. nequaquā talis cōiugū uita dampna-  
 tur. **D**e qua deprecātionē quoq; paulus ad moner dicit̄  
**N**olite fraudare inuicem. nisi forte ex consensu ad tem-  
 pus. ut uacētis orationi. **C**at̄ contra ammonendi sūt  
 qui ligati cōiugis non sūt. ut preceptis celestibz eo-  
 rectius seruiant. quo eos ad curas mundi nequaquā iu-  
 gum copule carnalis inclināt. ut quos onus licitum  
 cōiugū non grauat. nequaquā pondus illicitum ter-  
 rene sollicitudinis p̄mat. sed tanto eos paratiores  
 dies ultimū quanto expeditiores inueniāt. ne quo



meliora agere uacantes possunt. sed tamen negligunt. eo sup-  
plicia deteriora mereantur. **A**udiant quod paulus cum  
quosdam ad celibatus gratiam institueret. non coniugium spre-  
uit. sed curas mundi nascentis ex coniugio repulit dicens.

**H**oc ad utilitatem uestram dico. non ut laqueum uobis in-  
iciam. sed ad id quod honestum est prouocem. et quod facilita-  
tem prebeat sine in pedimento domino obsequiendi. Ex con-  
iugis quippe terrene sollicitudines prodeant. et ideo  
magister gentium auditores suos ad meliora persuasit.  
ne sollicitudine terrena ligarentur. Quem igitur celibem cu-  
ratum secularium in pedimentum perpedi. et coniugio se  
nequaquam subdidit. et tamen coniugium uicta non euasit.

**A**mmouendi sunt celibes. ne sine damnationis iudi-  
cio mulceri se feminis uacantibus putent. Cum enim paulus  
fornicationis uicium tot criminibus exetandis inseruit.  
cuius sit reatus inditauit dicens. Neque fornicatores. neque  
ydolis seruientes. neque ad uulteri. neque molles. neque masculos  
ocubitores. neque fures. neque auari. neque ebrioli. neque maledi-  
ci. neque rapaces regnum dei possidebunt. Et rursum. Fornica-  
tores autem et ad uulteros iudicabitur. **A**mmouendi sunt  
itaque ut si temptationum pro cellas cum difficultate  
salutis tolerant. coniugium portam petant. Sic quippe  
scriptum est. Melius est nubere quam uri. Sine scilicet culpa  
salicet ad coniugium ueniunt. si tamen nec dum melio-  
ra deuouerunt. Nam quisquis bonum manus subire



proposuit. bonū minus qđ haurit illicitum fecit. Scriptū  
 quippe est. Nemo mittens manū suam sup altarium. et re-  
 spiciens retro. aptus est regno celoz. Qui igitur fortiori stu-  
 dio intendere. retro respice dicitur. relictis bonis am-  
 plioribz ad minima re torquetur.

**A**liter ammonendi sūt peccatoz carnis consui. adq;  
 aliter ignari. Ammonēdi sūt namq; peccata car-  
 nis ex pti. ut mare saltim post naufragia metuant. et  
 pdicionis sue discrimina uel cognita p horrestant. ne q-  
 pie post ppetiata mala sunt. hec improbe repetendo mo-  
 riantur. Vnde peccanti anime numq; a peccato desi-  
 nenti dicitur. Fronis mulieris meretricis facta est tibi.  
 noluisse erubescere. Ammonēdi itaq; sunt ut studeant. qua-  
 tenus si accepta nature bona in regia seruare nolue-  
 runt. saltim sassa resartiant. Quibz nimirū necesse ē  
 ut ppendant. in tam magno fidelium numero qm mul-  
 ti et se illibatos custodiant. et alios ab errore cōuertat

**Q**uid igitur illi dicitur sunt. si aliis in itegritate  
 stantibz. ipi nec post dampna respiciunt et resipiscunt.

**Q**uid dicitur sūt si cum multi et alios secum ad reg-  
 nū deferunt. hū ex spectante dño nec semetipos redu-  
 cunt. Ammonēdi sūt ut preterita admissa consident.  
 et in minentia deuitent. **V**nde sub iudee specie  
 p propham dñs. corruptis in hoc mundo mentibus  
 transfactas culpas ad memoriam reuocat. quatenus



pollui in futuris erubescant dicens. Fornicate sunt in egypto in adolescentia sua. Fornicate sunt. ibi subacta sunt ubera earum. et fracte sunt mamme pubertatis earum.

**I**n egypto quippe ubera subiguntur. cum turpi huius mundi desiderio humane mentis uoluntas subuertitur. In egypto pubertatis mamme franguntur. quando naturales sensus adhuc in semetipsis integri. pulsantis concupiscentie corruptione uiciantur. Ammonendi sunt peccata carnis. Experti ut uigilanti cura conspiciant. post delicta nobis deus ad se redeuntibus quanta beniuolentia sinu sue pietatis expandat. cum per prophetam dicit. Si dimiserit uir uxorem suam. et illa rediens duxerit uirum alium. numquid reuertetur ad eam ultra. Numquid non polluta et contaminata erit mulier illa. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis. tamen reuertere ad me dicit dominus. **E**cce de fornicante et relicta muliere argumentum iusticie proponit. et tamen nobis post lapsum redeuntibus non iusticia sed pietas exhibetur. ut hinc utique colligamus. si nobis delinquentibus tanta pietate partitur. a nobis nec post delictum redeuntibus quanta in probitate peccatur. aut que ab illo erit super in probos uenia. qui non cessat uocare post culpam. Que nimirum bene per prophetam post delictum misericordia uocatione exprimitur. cum auerso homini dicitur. Et erunt oculi tui in



dentes p̄ceptorem tuum. et aures tue audient uerbu  
 post tergum monentis. **H**umanu quippe genus  
 dñs in faciem monuit. quando in paradiso condito homi  
 ni adq; in libero arbitrio stanti quid ue non facere debe <sup>quid face</sup>  
 ret in dixit. sed homo in dei faciem terga dedit. tum supbi  
 ens eius ulla contēpsit. Nec tamē supbientē deus deseru  
 it. qui ad reuocandū hominē legem dedit. et ex oetantes  
 angelos misit. et in carne nr̄e mortalitatis apparuit.  
**E**rgo post tergum stans nos ammonuit. qui ad recupa  
 tionē nos gr̄e etiam contēptus uocauit. Quod igitur ge  
 neralit̄ simul potuit dici de cunctis. hoc necesse est speci  
 aliter sentiri de singulis. Quasi enī coram positus deo  
 quisq; uerba uoluntatis ammonicionis eius p̄cipit. n̄  
 priusquā peccata p̄petret uoluntatis eius p̄cepta cog  
 noscat. **A**d huc enī ante faciem eius stare est. nec dum  
 eum peccando contēpnerē. cum uero derelicto bono in  
 nocencie iniquitatem eligens appetit. terga iam in ei  
 faciem mittit. **S**ed ette ad huc et post tergum deus sub  
 sequēs monet. qui etiam post culpam ad se redire per  
 suasit. Auersum enī reuocat. cōmissa non respicit. et  
 reuertenti sinū misericordie ex p̄audit et pietatis. **V**o  
 tem ergo post tergum monentis audim⁹. si ad inuitam  
 tem dñm saltim post peccata reuertimur. **D**ebemus  
 igitur pietatem uocantē n̄is erubescere. si iustitiam  
 nolumus formidare. quā tanto grauiora ī p̄obitate



contempnitur. quanto et contemptus ad huc uocare nō  
dedignatur. **¶** At contra amonendi peccata carnis ig  
norantes. ut tanto sollicitius precipitem ruinam metu  
ant. quanto alacris stant. Ammonendi sūt ut nouerint  
quia quo magis loco prominenti consistūt. eo crebri  
oribus sagittis insidiatoris impetuntur. quia tanto ar  
dentius solet erigi. quanto se robustius conspiciat uinci.  
tantoq; in tollerabilius de dignari uinci. quanto con  
tra se uidet p̄ integra in firma carnis castia pugnari.  
**¶** Ammonendi sūt ut incessanter premia suscipiant. et  
libenter procul dubio temptationū quas tollerant la  
bores calcant. Si enī attendatur felicitas que sine tran  
situ attingitur. leue sit qđ transeundo laboratur. **¶** Au  
diant qđ p̄ propham dicitur. Hec dicit dñs eunuchis.  
qui custodiunt sabbata mea. et elegerint que uolui.  
et tenuerint fedus meum. dabo eis in domo mea et in  
muris meis locum. et nom̄ melius a filiis et filiabus.  
**¶** Eunuchi quippe sūt. qui cū pressis montib; carnis. af  
fectum in se prauis operis absidunt. Quom̄ autē apud  
patrem locū habeant ostenditur. qui in domo patris  
uidelicet eterna mansione etiam p̄ferunt filijs. Audi  
ant qđ p̄ iobānem dicit. Hi sunt qui cum mulierib;  
non sūt conquinati. uirgines enī sunt. hi secuntur  
agnū quotūq; ierit. et qđ cantant tantum qđ nemo  
possit dicere. nisi illa centū quadraginta quatuor mi



lia **S**ingulariter quippe canticum agno cantare est. cum  
 eo in perpetuum precunctis fidelibus etiam de carnis in  
 corruptione gaudere. quod tamen electi ceteri canticum au  
 dire possunt. licet dicere nequeant. quia per caritatem  
 quidem in illorum celsitudine leti sunt. quibus ad eorum pre  
 mia non assurgant. Audiant peccatorum carnis ignari quod  
 per se metipsum de hac integritate veritas dicat. Non  
 omnes capiunt uerbum hoc. quod ideo in notum sum  
 mum esse quod de negauit omnibus. et dum predicat quia  
 difficile capitur. audientibus in notum ceptum cum qua  
 cautela teneatur. **A**mmonebuntur itaque sunt peccata car  
 nis ignorantes ut et preminere uirginitatem coniugis  
 sciant. et tamen se super coniuges non ex tollant. quare  
 nus dum et uirginitatem preferunt et se post ponunt.  
 et illud non deserant quod esse melius estimant. et se custo  
 diant quos in aniter non exaltent. Ammonendi sunt  
 ut considerent. quod plerumque actione secularium. uita con  
 funditur secularium continentium. dum et illi uita habi  
 tum assumunt opa. et illi iuxta ordinem proprium non  
 ex nitant corda. Unde et bene per prophetam dicitur. Cru  
 besce & sidon aut mare. **Q**uasi enim puotem maris ad  
 ueretundiam sydon ad ducitur. quando per comparationem  
 uite secularium adque in hoc mundo fluctuantium. eius qui  
 minutus et quasi stabilis cernit uita reprobatum. :.  
**S**epe enim non nulli ad dum post carnis peccata rede



uirtutes. tanto se ardentius in bonis operibus exhibent.  
quanto dampnabiliores se de malis uident. Et sepe  
quidam in carnis iniquitate perdurantes. tum minus  
se respiciunt habere quod de flectant. plene sibi sufficere  
uite sue innocentiam putant. adque ad feruorem spiritus  
nullis se ardoris stimulis inflammant. Et fit plerumque  
deo gratiore amorem ardens uita post culpam. quam secu-  
ritate torpens in innocentia. Unde et uoce iudicis dicitur.  
**R**emittentur ei peccata multa. quia dilexit multum.  
Et gaudium erit in celo super unum penitentem. quam  
super nonaginta nouem iustos. quibus non est opus pe-  
nitentia. Quod citius ex ipso usu colligimus. si mentis  
iudicia pensemus. Plus namque terram diligimus. que  
post spinas ex arata fructus uberes producat. quam que  
nullas spinas habuit. set tamen ex culta sterilem segetem  
gignit. Ammonendi sunt peccata carnis ignorant-  
es. ne superioribus in ordinis celsitudine se ceteris pre-  
ferant. cum ab inferioribus quantum se melius agant.  
**I**n examine namque recti iudicis mutantur merita ordi-  
num qualitas actionum. Quis enim considerans ipis-  
simum ymaginibus nesciat. quod in natura gemma-  
rum carunculus prefertur iacincto. set tamen ceru-  
lei coloris iacinctibus prefertur pallenti carunculo. quia  
et illi quod ordo nature subtrahit. species decoris adiu-  
get. et hunc quoniam naturalis ordo preuulerit coloris qualitas



sedat. Sic ergo in humano genere. et quidam in meli-  
ori ordine deteriores sunt. et quidam in deteriori meliores.  
quia et illi sortem extremi habitus bene uiuendo transce-  
dunt. et illi superioris loca meritū moribus n̄ exequendo diminu-

**A**lter ammonendi sūt qui peccata deplorāt. ut  
operum. adq; aliter qui cogitationū. Ammonendi  
quippe sunt qui peccata operum deplorant ut cōsumma-  
ta mala. pfectā diluant lamentā. ne plus astringant  
in debito p peccati operis. et minus soluant in fletibus  
satisfactionis. Scriptū quippe est. potū dedit nobis in  
lacrimis. et ī mensura. Ut uidelicet unius cuiusq; mēs  
tantum penitendo cōpunctionis sue bibat lacrimas.  
quantū se adeo meminit uisū p culpas. Ammonendi  
sunt ut incessanter admissā ante oculos reducāt. adq;  
uidendo agant. ut a districto iudice uideri non debeant.

**V**nde dauid tum peteret dicens. Auerte oculos tuos a  
peccatis meis. paulo superius in tulit. delictū meum cōtra  
me est semp. Ac si diceret. Peccatū meum ne despicias  
postulo. quia hoc respice ipse non cesso. Vnde et p ppha;  
dñs dicit. Et peccatorū tuorū memor non ero. tu autem  
memor esto.

**A**mmouendi sunt ut singula queq; a-  
missā consideret. et dum p unū quodq; erroris sui in qui-  
nationē deflent. simul se ac totos lacrimis mundet.  
Vnde bene p ieremiam dicitur. cum iudee singula de-  
licta pensarentur. Diuisiones aquarū de fluxit ocul⁹



mens. Diuisas quippe ex oculis aquas deducim<sup>9</sup>. quan-  
do peccatis singulis dispartitas lacrimas dam<sup>9</sup>. Neque  
enim uno edo eodemq; tempe eque mens de omnibus  
doler. set dum nunc hui<sup>9</sup>. nunc illius culpe memoria  
acrius tangitur. simul de omnibus singulis comota p<sup>o</sup>  
gatur. **A**mmouendi sunt ut de misericordia quam  
postulant psumant. ne in moderate afflictionis in-  
tercant. Neque enim pie dñs ante delinquentium oca-  
los flenda peccata opponeret. si p se metipm ea distit-  
te ferre uoluisset. Constat enim qd a suo iudicio absco-  
dere uoluit. quos miserando pueniens sibi metipis  
iudices fecit. Hinc enim scriptum est. Preueniam<sup>9</sup> faciem  
eius in confessione. Hinc ppaulu dicit. Si uos metipos  
diuiditarem<sup>9</sup>. non unq; iudicarem<sup>9</sup>. **R**ursum amo-  
nendi sunt ut sic de spe fiduciam habeant. nec tamen  
in cauta securitate copestant. Plerumq; enim hostis  
callidus mentem qm peccato subplantat. cum de rui-  
na sua afflictam repperit. securitatis pestifere sedu-  
it blanditiis. Quod figurate exprimitur. cu fac-  
tum dñe memoratur. Scriptum quippe est. Egres-  
sa est dina ut uideret mulieres regionis illius. qm  
cum uidisset sichei filius emor euei princeps ter-  
re illius. ad amauit eam et rapuit ac dormiuit  
cum illa. in opprimens uirginem. et coglutinata est  
anima eius cum ea. tristemq; blanditiis delinuit.



**D**ina quippe ut mulieres uideat ex tranee regio-  
 nis egreditur. quando unaqueque mens sua studia  
 negligens. actiones alienas cuius. extra habitum adque  
 extra ordinem proprium uagatur. Quam sithem  
 princeps terre opprimit. quia uidelicet in uentam in-  
 turis exterioribus dyabolus corrumpit. et ad glutinata  
 est anima eius cum ea. quia unitam sibi piniquitatem  
 respicit. et quia cum mens a culpa respicit. additur.  
 adque admissam flere conatur. Corruptor autem spei ac  
 securitatis uacuas ante oculos reuocat. quatenus uti-  
 litatem tristitiae subtrahat. recte illic adiungitur. Tris-  
 temque blanditiis delinuit. **M**odo enim alioz fac-  
 ta grauiora. modo nil esse quod ppetratum est. modo mi-  
 sericordem deum loquitur. modo ad huc tempus subse-  
 quens ad penitenciam pollicetur. ut dum p het de cep-  
 ta mens diuertit. ab intentione penitencie suspenda-  
 tur. quatenus tunc bona nulla papiat. quoniam nunc  
 mala nulla contristant. et tunc plenius obruantur sup-  
 plias. que nunc etiam gaudet in delictis. **C**at contra  
 ammonendi sunt qui peccata cogitationum deflent. ut sol-  
 licite considerent in ter mentis archana. utrum delecta-  
 tione tantummodo. an etiam consensu deliquerint.  
 Plerumque enim temptatur cor et ex carnis nequitia de-  
 lectatur. et tamen eidem nequitiae ex ratione renitatur.  
 ut in secreto cogitationis et contristet quod liber. et libe-

curas



at qd contristat. **N**on nunquam uero ita mens uaria  
tuo temptationis absorbitur. ut nullatenus remita-  
tur. Sed ex deliberatione sequitur hoc. unde ex delecta-  
tione pulsatur. et si facultas exterior subpetat. re-  
rum mox effectibus in terroza uota consumat. Quod in-  
delicet si iusta animaduersio districti iudicis respicit.  
non est iam cogitationis culpa sed operis. Quia et  
si rerum tarditas foras peccatum distulit. in tuis hoc  
consensibus opere uoluntas impleuit. In primo autem  
parente didicimus. quia tribus modis omnis culpe  
nequitiam per peccatum. suggestione scilicet. delectatione.  
et consensu. Primum itaque per hostem. secundum uero per  
carnis. tertium per spiritum peccatur. **I**nsidiator enim  
praua suggerit. caro se ad delectationem subicit. atque  
ad extremum spiritus uicis delectatione consentit. Unde  
et illic serpens praua suggestit. eua autem quasi caro se  
delectatione subdidit. adam uero uelud spiritus suggesti-  
one ac delectatione superans consentit. Suggestione  
itaque peccatum agnoscimus. delectatione uinamur.  
consensum etiam ligamus. Ammonendi sunt igitur  
qui nequicias cogitationis deflent. ut solliciti con-  
siderent qua peccatum mensura cenderant. quatenus  
iuxta quam in se metipsis in uorsus sentiunt. etiam  
mensura lamentationis erigatur. ne si cogitata ma-  
la minus uolunt. usque ad perpetranda opera producant.

rumam



Sed inter hec ita terrendi sunt. ut tamē minime frangan-  
 tur. Sepe enim misericors deus eo citius peccata cordis ab-  
 luit. quo hec exire ad opa non permittit. Et cogitata nequi-  
 tia quanto citius soluitur. quia effectu operis districtius  
 non ligatur. Unde recte per psalmistam dicitur. Dixi pro-  
 nuntiabo aduersum me in iusticias meas dño. et tu re-  
 misisti impietate peccati mei. **Q**ui enim impietatem cor-  
 dis subdidit. quia cogitationū in iusticias pronūciare ue-  
 lit in timauit; dumq; ait. Dixi pronuntiabo. Adq; illico  
 adiunxit. et tu remisisti. Quam sup hec facilis sit uenia  
 ostendit. quia dum se adhuc promittit petere. hoc qd  
 se petere promittebat obtinuit. quatenus quia usq;  
 ad opus non uenerat culpa. usq; ad cruciatū non pue-  
 nitur penitencia. sed cogitata afflictio mentē tergeret.  
 qm̄ nimirum tantūmodo cogitata iniquitas inquinasset.

**A**lii ammonendi sunt qui amissa plangunt. n̄  
 tamē deserunt. adq; aliter qui deserunt. nec ta-  
 men plangunt. Ammonendi enim sunt qui admissa  
 plangunt nec tamen deserunt. ut considerare sollici-  
 te sciant. quia flendo inamiter mundant. qui uiuen-  
 do se nequiter inquinant. cum idcirco se lacrimis  
 lauant. ut mundi ad sordes redeant. Hinc enim scrip-  
 tum est. Canis reuersus ad uomitū suū. et sus lota  
 in uolutabro luti. **C**anis quippe cum uomit. pro-  
 fetto abum qui pectus deprimebat prouit. sed cū



fuerat

ad uomitū reuertit. unde leuigat. rursus onatur. et q̄ ad mis-  
sa plangūt. profecto nequitiā de qua male satiati fuerant.  
et que mentis itima deprimebat asitendo p̄mittit. qm̄ p̄  
ofessionē dum reperit resumit. **S**us uero in uolutabris  
luti cū lauat sordidior reddit. et q̄ ad missa plangit n̄  
tam deserit. pene grauioris culpe se sub ierit. qui et ip-  
sam qm̄ flendo impetrare potuit ueniā d̄reperit. et q̄si  
in lutosa aqua se metip̄am uoluit. quia cū fletibz suis ui-  
te mūditiā subtrahit. ante dei oculos sordidas ip̄as etiam  
lacrimas facit. Hinc rursū scriptū est. **H**ec iteratū uer-  
bū in oratiōe tua. **V**erbū namq; in oratiōe iterare est. post  
fletū committē qd̄ rursū necesse sit flere. Hinc p̄ysaiam  
dicit. **L**auamū mūdi estote. **P**ost lauactum mūdus esse ne-  
gligit. quisq; p̄ lacrimas uite inotentiā non custodit. Et  
lauant̄ ḡ et nequaquā mūdi sūt. q̄ cōmissa flere nō desinūt.  
sed rursus flenda amittūt. **H**ic p̄ quendā sapientem  
dicit. **Q**uid p̄dest q̄ baptizatur a mortuo & iterū tangit  
illū. **Q**uid proficit lauatio ei. **L**auat̄ quippe a mortuo  
qui mūdatur mūdatur a peccato fletibz. sed post bap-  
tisma mortuū tangit. qui culpam post lacrimas reperit.  
**A**mmouēdi sūt qui ad missa plangūt n̄ tam deserunt.  
ut ante districti iudicis oculos eis se esse similes agnos-  
cant. qui uenientes ad faciem quorūdam hominum  
magna eis submissione blandiunt. recedētes aut̄ iumi-  
nias ac dāpna q̄ ualet atrocit̄ i ferūt. **Q**uid ē enim



culpam flere. nisi humilitate sue deuotionis deo osten-  
 dere. Et quid est post fletum praua agere. nisi supbas  
 in eum quem rogauerat inimicinas exercere. Unde beatus Jaco-  
 bus ait. Qui cum uoluerit amicus esse huius seculi. inimicus  
 dei constituitur. **A**mmonebuntur qui ad mala plangunt  
 non tamen deserunt ut sollicitate confident. quia ita plerumque ma-  
 li inuoluntate compunguntur ad iustitiam. sicut plerumque boni  
 innoxie temptantur ad culpa. Sic quippe multa exigentibus  
 meritis dispositionis in terne mensura. ut et illi dum  
 de bono aliquid agunt quod tamen non perficiunt. superbe in ter-  
 rapa que etiam plenissime perpetrant mala confidunt. et isti  
 dum de malo temptantur cui nequaquam consentiunt. quo per in-  
 firmitatem titubant. eo gressus cordis ad iustitiam per hu-  
 militatem uerius figant. **B**alaam quippe iustorum taber-  
 nacula respiciens ait. **M**oriatur anima mea morte iustorum.  
 et fiant nouissima<sup>mea</sup> horum similia. Sed cum ad uocationis tempus  
 accessit. contra eorum uitam quibus se similem fieri etiam mori-  
 endo poposcerat consilium prebuit. et cum occasione de auari-  
 tia repperit. illo oblitus est quid quod sibi de innocencia op-  
 tauit. **P**aulus uero ait. **V**ideo aliam legem in membris me-  
 is. repugnantem legi mentis mee. et captiuum me ducentem  
 in lege peccati. que est in membris meis. **Q**ui profecto idcirco  
 temptatur. ut in bono robustius ex ipsa infirmitatis sue cog-  
 nitione solidetur. **Q**uid est ergo quod compungit. et tamen <sup>ille</sup>  
 iusticie non appropinquat. iste temptatur et tamen eum culpa



non conquinat. nisi hoc quod apte ostenditur: quia nec  
malos bona impleta adiuuant. nec bonos mala consum-  
mata condepernant. **¶** Ad contra ammonedi qui amissa de-  
serunt. nec tamen plangunt. nec iam relaxatas estimant  
culpam. quas et si agendo non multiplicat. nullis tamen  
fletibus mundat. Neque enim scriptor si ascriptione cessauerit.  
quia alia non addidit. etiam illa que scripserat delent. nec  
qui contumelias irrogat si solummodo tacuerit satis fecit.  
cum profecto necesse sit ut uerba premissa superbie uerbis sub-  
iuncte humilitatis impugnet. nec debitor absolutus est  
qui alia non multiplicat. nisi et illa que ligauerat absol-  
uat. Ita et cum domino delinquimus. nequaquam satisfacimus si ab in-  
iquitate cessamus. nisi uoluptates quoque quas dileximus. et con-  
trario appositis lacrimis insequamur. **¶** Si enim nulla nos in  
hac uita opum culpa maculasset. nequaquam nobis hic ad-  
huc degentibus ipsa ad securitatem innocenciam nostra sufficeret. quia  
illucita multa animum pulsaret. Quia igitur mente securus est.  
qui penetratis iniquitatibus ipse sibi testis est. quia innocens non  
est. Neque enim deus nostris cruciatibus pascitur. sed delictorum mor-  
bos medicamentis contrariis medetur. ut qui uoluptatibus  
delectati discessimus. fletibus amaritati redeamus. et qui pillula  
defluendo cecidimus. etiam aliam nos metipos restringendo  
surgamus. et cor quod in sua leticia insana in fuderat. salu-  
bris tristitia exuat. et quod uulnerauerat elatio superbie. curet ab-  
iectio humilitatis uite. **¶** Hinc enim scriptum est. Dixi iniquis



nolite inique agere. et delinquentibus nolite exaltare cor-  
 tu. **C**orum quippe delinquentes exaltant. si nequaquam  
 se ad penitentiam ex cognitione sue iniquitatis humili-  
 ant. Hinc rursus dicitur. Cor contritum et humiliatum  
 deus non spernit. Quisquis enim peccata plangit nec tamen  
 deserit. cor quidem conterit. sed humiliare contempnit.

**Q**uisquis autem peccata sua iam deserit. nec tamen plangit.  
 iam quidem humiliat. sed tamen conterere cor recusat. Hic  
 paulus ait. Et quidem aliquando fustis. sed abluti estis.  
 sed sanctificati estis. Quia nimirum illos emendatione uita sanctificat.  
 quos per penitentiam abluens afflictio fletum mundat. Hinc  
 petrus cum quosdam tristes malorum suorum consideratione conspiceret.  
 ammonuit dicens. Penitentiam agite. et baptizentur unusquisque  
 uerum. Dicitur enim baptisma promissit penitentiae lamenta.  
 ut prius se aqua sue afflictionis in fundent. et post mo-  
 dum sacramento baptismatis lauarent. **Q**ua igitur me-  
 te qui transactas culpas flere negligunt uiuunt securi de-  
 uenia. quando ipse summus pastor ecclesie. huic etiam sacra-  
 mento ad <sup>ten</sup> tandam penitentiam credidit. quod peccata prin-

**A**liter ammonedi sunt qui illicita que **C**apalit extinguit.  
 faciunt etiam laudant. adque aliter qui accusant pra-  
 ua nec tamen deuitant. Ammonedi sunt enim qui illicita que faci-  
 unt etiam laudant. ut confident quod plerumque plus ore quam  
 opere delinquant. Ope namque per semetipsos solos praua per-  
 petrant. ore autem per tot personas iniquitatem exhibent. quod



audientium mentes iniqua laudantes docent. **A**mmone-  
di ergo sunt ut si eradicare mala dissimulant. saltem semina-  
re p[ro]tineant. Ammonedi sunt ut eis p[ro]dicio p[ro]uata suffi-  
at. rursusq[ue] ammonedi sunt ut si mali esse non metunt.  
erubescant saltem uideri q[uo]d sunt. Pleru[m]q[ue] eni[m] culpa d[omi]ni ab-  
scondit[ur] et fugatur. "quia dum mens erubescit uideri q[uo]d  
tam[en] esse non metuit. erubescit quandoq[ue] esse. q[uo]d fugit ui-  
deri. Cum uero p[ro]uus quisq[ue] impudenter innotescat. quo  
liberius om[n]e facinus p[ro]petat. eo eti[am] licit[um] putat. et q[uo]d  
licit[um] suspicatur. in hoc p[ro]cul dubio multiplicans meretur.  
Vnde scriptu[m] est. Peccatu[m] eni[m] suu[m] sicut sodoma p[ro]dicaueru[n]t.  
nec abscondunt. Peccatu[m] eni[m] suu[m] si sodoma absconderet. ad-  
huc sub timore peccaret. sed funditus frena timoris ami-  
serat. que ad culpam nec tenebras requirebat. **V**nde et  
rursus scriptu[m] est. Clamore sodomice et gomorce multipli-  
catus e[st]. Peccatu[m] quippe in uoce <sup>est</sup> culpa in actione. Peccatu[m]  
u[er]o etiam cum clamore. est culpa cum libertate. **C**ontra  
ammonendi sunt qui accusant p[ro]uua nec tam[en] denuntiant.  
ut p[ro]uide p[ro]pendant. q[uo]d in districto dei iudicio p[ro]sua excu-  
satione dicuntur sunt. qui de reatu suorum criminu[m] etiam se-  
metip[s]os iudicib[us] non excusantur. **H**u[ic] itaq[ue] quid aliud  
q[uam] p[ro]uones sui sunt. uoces contra culpas proferunt.  
et semetip[s]os opib[us] reos trahunt. **A**mmone[n]di sunt ut  
uideant quia de occulta iam retributione iudicij est. quod  
eor[um] mens malu[m] q[uo]d p[ro]petat illuminat[ur] ut uideat. sed non



conatur ut uincat. ut quo melius uidet eo deterius pereat.  
 quia et in telligencie lumē percipit. et actionis prauae tene-  
 bras non relinquit. Nam cū acceptam ad adiutorium scien-  
 tiam negligūt. hanc contra se in testimonium uertunt. et de  
 lumine in telligencie augent supplicia. qđ profecto accepe-  
 rēnt ut possent delere peccata. **¶** Quoz nimirū nequicia  
 cū malum agit qđ diuidit. uenturū iam iudiciū hic  
 degustat. ut cum eternis suppliciis seruantur obnoxia.  
 suo hic interim examine non sit absoluta. tantoq; hic  
 grauiora illis tormenta papiūt. quanto hic malū non  
 deseruit. etiā quod ipā condēpnat. Hinc enī ueritas  
 dicit. Seruus qui cognouit uoluntatē dñi sui. et non  
 fecit scđm uoluntatē eius. uapulabit multis. Hinc  
 psalmista ait. Descendat in fernū uiuentes. Vni quippe  
 que circa illos aguntur sciunt et sentiūt. mortui autē  
 sentire nichil possūt. **¶** Mortui autē in fernū descen-  
 derent. si mala nesciendo ppetarēt. cum ū sciunt mala  
 et tamē faciūt iniquitatē. in fernū miseri uiuentes sen-  
 tientesq; descendunt. **A** liter ammonendi sunt qui  
 repentina cōcupiscentia supantur. adq; aliter qui in cul-  
 pa ex consilio ligant. Ammonēdi quippe sūt quos re-  
 pentina cōcupiscentia supat. ut ī bello p̄sentis uite se  
 cotidie positos intendant. et cor quo providere uil-  
 nera nō potest. sauto solliciti timoris regat. ut oc-  
 culta in sidiantis hostis iacula p̄orescant. et itam



caligoso certamine. in tentione continua in tra mentis me-  
tis talia se muniant. nam si acutūspetionis sollicitudi-  
ne cor destituitur uulneribus apitur. quia hostis callidus  
tanto liberius pectus percutit. quanto nudum a providen-  
tie lorica deprehendit. **A**mmouendi sunt qui repentina  
concupiscentia supant. ut curare nimis terrena disvestant.  
quia in tentione suam dum rebus transitorius imoderatio  
implent. quibus culparum iaculis transfigantur ignorant.  
Vnde et psalomonē uox percussit et dormientis exprominat.  
qui ait. Verberauerunt me et non dolui. traxerunt me et ego  
non sensi. quando euigilabo. et rursum uina reperiam.  
Mens quippe a cura sue sollicitudinis dormiens uerbe-  
rat et non dolet. quia sicut imminētia mala non prospexit sic  
nec que perpetraverit agnoscit. **T**rahitur et nequaquam  
sentit. quia per illecebras uiciorum ducitur. nec tamen ad sui cus-  
todiam suscitatur. **Q**ui quidem euigilare optat ut ruri-  
sum uina reperiat. quia quamuis somno torporis assui-  
custodia premitur. uigilare tamen ad curas seculi nititur.  
ut semper uoluptatibus debriet. et cum ad illud dormiat  
ad quod solerter euigilare debuerat. ad illud euigilare ap-  
petit ad quod laudabiliter dormire potuisset. **H**inc superius  
scriptum est. Et eris quasi dormiens in medio mari. et  
quasi sopitus gubernator amisso clauo. **I**n medio ma-  
ri enim dormit. qui in huius mundi temptationibus positus. pro-  
uideat motum irruentium uiciorum quasi imminentes undas cu-

milos  
do mes  
dit. **C**  
inter  
uum s  
dirigit  
de tina  
mens u  
subicia  
Hinc r  
Vnius  
Enlis e  
tationi  
tem u  
uersitat  
idcirco  
delicet  
ne cert  
dicitur  
namq;  
nasum  
ecclē.  
turi s  
punder  
prius



mulos negligit. Et quasi gubernator clauū amittit. quan-  
 do mēs ad regendā nauem corpis. studiū sollicitudinis per-  
 dit. **C**lauem quippe ī mari amittē est. ī tentionē pūda  
 in ter pcellas hui' seclī nō tenere. Si enī gubernator cla-  
 uum sollicitate stringit. modo ī fluctibz ex aduerso nauē  
 dirigit. **o** ī undas supans saltat. modo alia puidens  
 de clinat. uentoz impetus p obliquū findit. Ita cum  
 mens uigilant animū regit. ut et p̄sencia elaborando  
 subiciat. et cont̄ futuriā certamina p̄spiciendo cōualescat.  
 Hinc rursū de foetibz supne patrie bellatoribz dicitur.  
 Unius cuiusq; ensis sup femur suū. p̄pter timores noctūnos.  
 Ensis enī sup femur ponit̄. quando acumine sancte p̄di-  
 cationis praua suggestio eia carnis edomatur. **P**er noc-  
 tem ū cecitas n̄re ī firmitatis exp̄mitur. quia quidq̄ ad-  
 uersitatis ī nocte īminet nō uidetur. Unius cuiusq; ensis  
 idcirco sup femur suū p̄pter timores nocturnos. quia ui-  
 delicet sc̄i uiri dū ea que nō uident metuunt. ad ī tentionē  
 certaminis parati semp assistunt. Hinc rursus sponse  
 dicitur. Nasus tuus sicut turris que ē in libano. Rem-  
 namq; qm̄ oculis nō cernim? plerūq; odore p̄uidem? per  
 nasum quoq; odores fetoresq; discernim? Quid ḡ p̄ nasū  
 eccle. nisi sc̄oz prouida discretio designat̄. **Q**ui etiā  
 turri similis esse dicit̄ que ē in libano. quia discreta eoz  
 puidencia ita in alto sita ē. ut tēptationū certamina et  
 prius qm̄ ueniat uideat. et cōtra ea dum ueniūt muni-



ta subsistat. **Q**ue enim futura prudent. cum presencia fuerint  
minoris uirtutis fiunt. quia dum contra uitium quisque  
paratioe redditur. hostis qui se in opinatum creditur. dicit  
eo ipso quo pulsus est enervatur. **¶** At contra ammonendi  
sunt qui in culpa ex consilio ligantur. quatenus prouida considera-  
tione ppendant. quia dum mala ex iudicio faciunt. distric-  
tius contra se iudicium accendunt. et tanto eos durior senten-  
tia feriat. quanto illos in culpa artius uincula deliberan-  
onis ligant. quia tunc fortasse delicta penitendo ablu-  
rent. si in his sola precipitatione cecidissent. Nam tardi-  
us peccatum soluitur. quod et per consilium solidatur. Nisi enim mors  
omnimodo eterna despiceret. in culpa ex iudicio non periret.  
**H**oc ergo precipitatione lapsis per consilium pereuntes diffe-  
runt. quod cum ab statu iusticie peccando cadunt. plerumque  
simul et in laqueum desperationis cadunt. et aradice spei  
fundit euellunt. **¶** Hinc est quod per prophetam dominus non tam  
precipitationem prauam. quam delictorum studium reprehendit dicens  
**N**e forte egrediat ut ignis in dignatio mea. et succenda-  
tur. et non sit qui exstinguat. propter malitiam studiosorum uirorum.  
**H**ic iterum uatus dicit. Visitabo super uos. iuxta fructum stu-  
diosorum uirorum. Quia igitur peccatis aliis differunt. peccata que  
per consilium perpetrantur. non tam praua facta dominus. quam studia  
prauitatis insequit. In factis enim sepe in firmitate sepe  
negligentia. in studiis iterum malitiosa semper in reuentione pec-  
catur. **¶** Quo contra recte beati uiri expressione per pro-



phetam dicitur. Et in cathedra pestilencie non sedit. Cathedra quippe iudicis esse uel prudentis solet. In cathedra autem pestilencie sedere est ex iudicio praua committere. In cathedra pestilencie sedere est ex ratione discernere mala. et tamen ex deliberatione perpetrare. Quasi in pueris concilio cathedra sedet. qui tanta iniquitatis elatione ad tollitur. ut implere malum etiam per consilia conetur. et sicut assistentibus turbis prelati sunt qui cathedre honore fulciunt. ita delicta eorum qui per peritiam corrumpunt. ex quibus per studium peccata nascuntur. Ammonendi ergo sunt ut hinc colligant qui in culpa se etiam per consilium ligant. quia quandoque uisione feriendi sunt. qui nunc prauos non solum sed principes fi-

**A**lii ammonendi sunt qui licet minima crebris tamen illiata faciunt. adque aliter qui se apertius custodiunt. sed aliquando in grauius demerguntur. Ammonendi sunt qui quibus in minimis sed tamen frequenter excedunt. ut considerent nequaquam qualia sed quanta committunt. facta enim sua si timere despiciunt et compensare. debent formidare cum numant. Altos quippe gurgites fluminum. parue sed in numero replent gutte pluuiaz. et hoc agit sentina latenter crescens. quod patenter pro cella seuiens. et minuta sunt que erumpunt membris per scabiem uulnera. sed cum multitudo eorum innumabiliter occupat. sic uitam corporis. sicut unum graue in fluctu pettoei uulnere necat. Hic uidelicet scriptum est. Qui modica spernit paulatim dedit.



**Q**ui enim peccata minima flere ac deuitare negligit. ab  
statu iusticie non quidem repente. sed partibus totus cadit.  
Ammonendi sunt qui in minimis frequent' excedunt ut solli-  
cite considerent. quia non nunquam in parua deterius. quam in ma-  
iore culpa peccatur. Maior enim quo citius quia sic culpa  
agnoscatur. eo etiam teletius emendatur. et minor dum quasi  
nulla creditur. eo perius quod et seuius in usu retinetur.  
Vnde fit plerumque ut mens assueta malis leuibus ne graui-  
ora phorescat. ad que ad quandam auctoritate nequicie ad cul-  
pas nutrit' pueniat. et tanto in maioribus otempnet pmes-  
tere. quanto in minimis didicit non timedo peccare. **Q**ui con-  
tra ammonendi sunt qui se a paruis custodiunt. sed aliquando  
in grauibz demerguntur. ut sollicitate se ipsi reprehendant.  
quia dum cor eorum de custoditis minimis excollicuit. ad ppe-  
tenda grauiora ipso elationis sue baratio deuorat. et dum  
foris sibi parua subiiciunt. sed p inanem glam inuis in tumes-  
cunt. languore supbie in trinfecus uictam mentem etiam  
foras p mala maiora prosternunt. Ammonendi ergo sunt qui se  
a paruis custodiunt. sed aliquando in grauibz demerguntur.  
ne ubi se stare ex trinfecus estimant. ubi in trinfecus cadant.  
et iuxta districti iudicis retributione. elatio minoris iusti-  
cie uia fiat ad foueam grauioris culpe. **Q**ui enim uane  
elati minimi boni custodiam suis uiribus tribuunt. iuste  
derelicti culpis maioribus obruunt. et cadendo discunt non  
fuisse proprium quod steterunt. ut mala in mensa cor de pmar quod



bona minima exaltant. **A**mmoneñdi sunt ut cōsident. qđ et in culpis grauioribus alto reatu se obligant. et tam̄ plerumq; in paruis que custodiūt deterius peccant. quia et in illis iniqua faciunt et p̄usta se hominibus quia iniqui sunt regunt. Vnde plerūq; fit. ut cum maiora mala p̄penant corā deo aperte iniquitatis sūt. et cum parua bona custodiunt corā hominibus simulate sōtatis. Hinc est enī qđ phariseis dicit. **L**iquantes culicem. camelū autē gluentes. Ac si aperte diceret minima mala discernitis. maiora deuoratis. Hinc est enim qđ rursus ore ueritatis inrepanť cū audiūt. decimatis metam et anetū et cūminū. et relinquitis que grauiora sunt legis. iudiciū et miām et fidem. **N**eque enī negligent audiendū est. qđ cū decimare minima diceret. extrema quidem deoleribus maluit. sed tamē bene uolentia memorare. ut p̄fecto ostenderent. quia simulatores cū parua custodiūt. odore de se extendē sancte opinionis querūt. et quāuis implere maxima p̄termittūt. ea tamē minima obseruant. que humano iudicio longe lateq; redoleant.

**L**iter amoneñdi sūt qui bona nec inchoant. adq; alit qui in choata minime cōsumant. Qui enī bona nec inchoant. non sūt eis prius edificanda que salubriter diligant. sed destruenda ea in quibus se metipos nequiter uersat. Neque enī sequuntur que in expta audiūt. nisi priusq; p̄nitiosa sint. ea q; sibi sunt expta dephendant. quia nec leuari appetit. qui et hoc ipm̄ quia cecidit nescit. et qui dolore



vulneris nō sentit. saluis remedia nō requirit. **P**rius  
ergo ostendenda sūt qm̄ sint uana que diligūt. et nūc demum  
uigilant in timēda qm̄ sint ualia que pretermittūt. Prius  
uideant fugienda que amāt. et sine difficultate post modum  
cognoscant amanda esse que fugiunt. Melius enī in experta  
retipiunt. si de expertis quid qd̄ disputationis audiunt uera  
citer recognoscant. Tunc igitur pleno uoto discant uerba bo  
na querere. tum certo iudicio deprehenderint. falsa se uacue  
renuisse. Audiant ergo qd̄ bona p̄sencia et. ad delectatione nūc  
transitura sint. et tamē eorū causa ad uisionē sine transitu per  
mansura. quia et nūc qd̄libet in uitis subnabit. et tunc quod  
dolet in uitis in supliciuū reseruat. Itaq; eisdem rebz terrent  
salubrit. in quibz noxie delectantur. ut dū p̄ cussa mens al  
ta ruine sue dampna cōspiciens. sese ī p̄cipiuū puenisse  
deprehendit. gressum post terga reuocat. et p̄timefcens que  
amauerat. discat dilige que cōdempnebat. **H**inc ē enī  
quod ieremie misso ad p̄dicationē dicit. Ecce constituī te ho  
die super gentes et sup̄ regna. ut euellas ut euellas et  
destruas. et disperdas et dissipes. et edifices ⁊ plantes  
**Q**uia nisi prius p̄uersa destrueret. edificare utili  
ter recta non possēt. et nisi ab auditorum suorum  
cordibus spinas uani amoris euelleret. nimirum  
frustra in eis sancte p̄dicationis uerba plantaret.  
**H**inc est quod petrus eueitit ut post modū  
constituat. tum nequaquam iudeos monebat quid



iam facerent. sed de his que fecerant in crepabat dices.

**I**h̄m nazarenum uirum approbatum a deo in uobis uirtutibus et prodigiis et signis. que fecit per illum deus in medio uestri sicut uos scitis. hunc definito consilio et presentia dei traditum. per manus iniquorum affigentes in reuocatis. quem deus suscitauit solutus doloribus in ferni. Ut uidelicet crudelitatis sue cognitione destructione. edificatione sancte predicationis quanto anxie quererent. tanto utiliter audirent. **U**nde et illico respondunt. Quid ergo faciemus uiri fratres. **Q**uibus mox dicitur. Agite penitentiam. et baptizetur unusquisque uestrum. Qui edificationis uerba profecto contempnerent. nisi prius salubriter ruinam sue destructionis inuenissent. Hinc est quod saulus cum super eum celus lux emissa resplenduit. non iam quid recte deberet facere. sed quid prauum fecisset audiuit. Nam cum prostratus requireret dicens. quis es domine. protinus respondetur ei. Ego sum ih̄c nazarenus quem tu persequeris. Et cum repente aduingeret domine quid me iubes facere. illico aduungitur. Surge in gredere ciuitatem. et ibi tibi dicetur quid te oporteat facere. **E**cce detecto dominus loquens. persecutoris sui facta corripuit. nec tamen illico que essent facienda monstrauit. Ecce elationis eius fabrica iam tota corruet.



rat. et post ruinam suam humilis edificati querebat.  
et cum superbia destruit. edificationis tamen uerba  
retinentur. **¶** ut uidelicet persecutor in manibus diu  
destructus iaceret. et tantum post in bonis solidius  
surgeret. quanto prius funditus euersus a pristino  
errore cecidisset. **¶** Qui ergo nulla ad huc bona a  
gere ceperant. a rigiditate antea sue prauitatis. cor  
rectionis manu euerendi sunt. ut ad statum post  
modum recte operationis erigantur. Quia et idcirco  
altum silue lignum succidimus. ut hoc in edificiis teg  
mine subleuemus. sed tamen non repente in fabrica  
ponitur. ut nimium prius uiciosa eius uiriditas  
exsiccentur. cuius quo plus in infimis humor ex quo  
quitur. eo ad summa solidius subleuatur. **¶** At con  
tra ammonendi sunt. qui in choata bona minime co  
sumant. ut cauta circumspectione considerent. quia  
dum proposita non perficiunt. etiam que fuerant  
cepta conuellant. Si enim quod uidetur gerendum sol  
licita intentione non crescat. etiam quod fuerat gestum  
bene decreuit. In hoc quippe mundo. humana ani  
ma quasi more nauis est contra ictum fluminis  
conscendentis. uno in loco nequaquam stare per  
mittitur. quia ad ima relabitur. nisi ad summa  
conetur. **¶** Si ergo in choata bona. fortis operan  
tis manus ad perfectionem non subleuat. ipsa o



perandi remissio. contra hoc quod operatus est pug-  
 nat. **H**inc est enim quod psalomonē dicitur. Qui  
 mollis et dissolutus fuerit in ope suo. frater est su-  
 a opa dissipantis. Quia uidelicet qui cepta bona dis-  
 citte non exsequitur. dissolutione negligencie. manū  
 destruentis imitatur. Hinc sardis ecclē ab angelo  
 dicit. Esto uigilans. et confirma cetera que mortua  
 sunt. erant. non enim in uenio opera tua plena co-  
 ram deo meo. Quia igitur plena coram deo eius  
 opera inuenta non fuerant. mortua reliqua etiā  
 que erant gesta predicabat. Si enim quod mortu-  
 um in nobis est. ad uitam non attenditur. hoc etiā  
 extinguit. quod quasi ad huc uiuum tenet. Ammonē-  
 di sunt ut ppendant. quod tollerabilius esse potuisset  
 rectam uiam non arripere. quam arripita post ter-  
 gum redire. Nisi enim retro respicerent. erga ceptū  
 studium. nullo tempore languerent. **A**udiant er-  
 go quod scriptum est. Melius erat eis non agnosce-  
 re uiam iusticie. quam post agnitionem eius re-  
 trosum reuerti. Audiant quod scriptū est. Vtinam  
 frigidus esses aut calidus. sed quia tepidus es. i-  
 nec frigidus nec calidus. in cipiam te euomere ex-  
 ore meo. Calidus quippe est. qui bona studia et ar-  
 ripit et consumat. **F**rigidus uero est. qui consu-  
 manda nec in choat. et sicut a frigore per tempo-



rem transit ad calorem: ita a calore pro tepore redi-  
tur ad frigus. **Q**uisquis ergo amisso in fidelita-  
tis frigore uiuit. sed nequaquam tepore superato  
crescit ut ferueat. proculdubio calore desperato,  
dum noxio in tepore de moreatur. agit ut frigescat.  
et sicut ante teporem frigus sub spe est. ita post  
frigus tepor in desperatione. Qui enim ad huc in pec-  
catis est. conuersionis fiduciam non amittit. Qui er-  
go post conuersionem tepuit. et spem que esse potuit  
de peccatore subtrahit. Aut calidus ergo quisque esse  
aut frigidus queritur. ne tepidus euomat. ut uide-  
licet. aut nec dum conuersus. ad huc de se conuersiois  
spem prebeat. aut iam conuersus in uirtutibus in ar-  
descat. ne euomat tepidus. quia calor quem propo-  
suit. tepore ad noxium frigus redit.

**A**liiter ammonendi sunt. qui mala occulte  
agunt. et bona publice. adque aliter qui  
bona que faciunt abscondunt. et tamen quibus-  
dam factis publice. mala de se opinari permittunt.  
**A**monendi enim sunt. qui mala occulte agunt. et  
bona publice. ut pensent humana iudicia quan-  
ta uelocitate euolant. diuina autem quanta in mo-  
bilitate perdurant. **A**monendi sunt. qui in fine  
rerum mentis oculos figant. qui et humane  
laudis attestationem preterit. et superna senten-



cia que et abscondita penetrat. et ad retribucio-  
 nem perpetuam conualescat. **Q**um igitur occulta  
 mala sua diuinis iudiciis. recta aut sua humanis  
 oculis ante ponunt. et sine teste est bonum quod pub-  
 lica faciunt. et non sine eterno teste est. quod latenter  
 delinquant. Culpas itaque suas occulto hominibus. uir-  
 tutesque pandendo. et unde puniri debeant. abscon-  
 dentes detegunt. et unde remunerari poterant. dete-  
 gentes abscondunt. Quos recte sepulchra de alba-  
 ta speciosa exterius. sed mortuorum ossibus plena ueri-  
 tas uocat. quia uitiorum mala intus contegunt. hu-  
 manis uero oculis. quorundam demonstratione ope-  
 rum. de solo iusticie colore foras blandiuntur. **A**m-  
 monendi itaque sunt ne que agant recta despiciant.  
 sed ea meriti melioris credant. Valde namque bona  
 sua diuidant. qui ad eorum mercedem sufficere fauo-  
 res humanos putant. Cum enim perfecto opere. laus  
 transitoria queritur. eterna retributione res digna-  
 uili pretio uendatur. De quo uidelicet percep-  
 to pretio ueritas dicit. Amen dico uobis. recepe-  
 runt mercedem suam. Ammonendi sunt ut con-  
 siderent. quia dum prauos se in occultis exhibent.  
 sed tamen exempla de se publice in bonis operi-  
 bus prebent. **O**stendunt sequenda que fugi-  
 unt. clamant amanda que oderunt. uiuunt



postremo aliis. et sibi moriuntur. **¶** At contra  
ammonendi sunt. qui bona occulte faciunt. et tamen  
quibusdam factis. publice de se mala opinari p  
mittunt. ne cum se metipos actionis recte uirtu  
te uiuificant. in se alios p exemplum praeue estima  
tionis occidant. ne minus quam se proximos diligant.  
et cum ipsi salubre potum uini sorbeant. intencas in  
sui consideratione mentibus. pestiferum ueneri po  
culum fundant. Si nimirum. in uno proximo  
uitam minus ad uiuant. in altero multum gra  
uant. dum student et recta occulte agere. et qui  
busdam factis. ad exemplum de se praua seminant

**¶** Quisquis enim laudis concupiscenciam. calca  
re iam sufficit. edificationis fraudem perpetrat. si  
bona que agit occultat. et quasi iactato semine  
